

38

B. LEVI

Stanza III  
Scrit. B. Pellegrini 9. L. 42

GIRARDI, M.

Guerre di guerre

50 ft.


III soldo /

Digitized by the Internet Archive  
in 2018 with funding from  
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b30502457>



DE UVA URSINA  
EJUSQUE, ET AQUÆ CALCIS  
*VI LITHONTHRYPTICA*  
NOVÆ  
ANIMADVERSIONES, EXPERIMENTA,  
OBSERVATIONES  
MICHAELIS GIRARDI  
MED. PHYS.



PATAVII MDCCCLXIV.  
*Typis Conzatti Super. permisso.*

AN/2203 5000 20

# 2016 May 16 航空圖

Digitized by Google



# CHAGGIAN LITHICS

# IGRANDE TERRA

10. *Leucanthemum vulgare* L. (Lam.)



# MIKEDOKI PRIVATE

Aluminaeum - Minas Gerais

AMPLISSIMO VIRO  
 SENATORI PRÆSTANTISSIMO  
**LEONARDO  
 VENERIO**

MICHAEL GIRARDI.

F.



*Uod jamdiu summo-  
 pere optaveram, id  
 gaudeo nunc nibi denique conti-  
 gisse. Lætor obsequium reveren-*

A 2              *tiam-*

tiamque erga Te meam me, dum  
ea quæ attente observavi publici  
juris facerem, in publicum pro-  
ferre posse. His in legendis ne  
Te pīgeat obsecro. Tractat Fa-  
brilia Faber; Medicus Experi-  
menta, Observationes. Hæ Me-  
dicinam crearunt; illa, firmis fun-  
damentis innixa, confirmarunt, au-  
xeruntque. Ægris perniciosius ni-  
bil, quam Naturæ loquenti hy-  
potheses anteponi. Arti quantum  
detrimentum inferant ii, qui ad  
scribendum non veritatis amore,

sed

sed animi affectibus, novitatis,  
gloriæque desiderio adducuntur, il-  
lis nimis apertum est, qui quo-  
tidie in Hippocraticis demonstran-  
dis præceptis insudant, algent-  
que. Hinc Medicinæ decremen-  
tum, confusio. Quas ego Tibi,  
SENATOR PRÆSTANTISSIME Obser-  
vationes exhibeo, e puro veritatis  
fonte erutæ sunt, præterque ve-  
ritatem nihil invenies. De Uvæ  
Ursinæ, ac Calcis Aquæ expe-  
rimentis, hoc certum est: mil-  
lies pericula maximo cum labore,

Et patientia inivi, antequam fir-  
mi quid statuerem, vulgaremque.  
In his aliquid novi inest, quod  
ne alicui, maximeque illis, qui  
calculo laborant, profuturum sit,  
prorsus non dubito. Londinenses,  
Batavi, Edimburgenses, Germa-  
ni nunc Stepheniano remedio A-  
quam Calcis pro lithiasi longe an-  
teponunt, comendantque. Quid meis  
in Experimentis visum sit mibi,  
aperte patebit. Absit, ne aliquis me  
aliorum inventa desiderio depri-  
mendi, haec confecisse credat. Hoc

lon-

longe ab ingenio meo moribusque ab-  
 horret. Non auderem, AMPLISSIME  
 VIR, hæc gloriosissimo Nominis  
 tuo inscribere, si quid his pa-  
 gellis inesset contrarium veritati,  
 cuius Ipse es amantissimus. Maximi-  
 sunt tua Nobilitas, ac Bona facien-  
 da; sed nibili si ista cum animi tui  
 dotibus conferamus. Actionum tua-  
 rum fama percrebit, quæ non dele-  
 bitur unquam, eo quod illis tuus  
 est animus major. Litteris Te de-  
 lectari satis apertum est omnibus,  
 mibiique præsertim, qui haud semel

tuum de difficillimis rebus judicium sapienter prolatum summum voluptate audivi . Qua de causa Libellus hic , quo incultior , eo magis indiget præsidio ac patrocinio tuo ; satis tutus a Criticorum obtredatione futurus , ubi a Te benevole amanterque excipiatur . Pro magnitudine beneficiorum tuorum , quæ mibi saepius contulisti , cum pares reddere grates non possim , id Tibi saltem ex animo tribuo , quod Socrati ( Seneca de benef. lib. 1.

Cap. viii.) Æschines pro be-  
neficiis acceptis tribuerat olim .  
Grati animi mei obsecro Te ob-  
testorque , saltem hoc testimonium  
accipe . Faxisit Deus , ut ad Pa-  
triæ ornamentum subsidiumque , ad  
amicorum gaudium , ad tuorum om-  
nium auxilium , & gloriam , diu  
incolumis vivas . Vale .

Patavii . Kal. Novemb.  
MDCCLXIV.

DE

# ELENCHUS

## CAPITUM.

C A P. I.

**D**e *Uva Ursi.* Pag. 11

C A P. II.

*De Uvæ Ursinæ Analyticæ Chymica.* 24

C A P. III.

*De vi lithonbryptica liquoris Uvæ Ursinæ.* 36

C A P. IV.

*Observationes Uvæ Ursinæ.* 97

DE

D E

## U V A U R S I

C A P U T . I.



Aud alienum ab instituto meo fore arbitror , dum de *Uvæ Ursi* præstantia obseruationes conscribo , nonnulla imprimis , quæ ad hanc recte pertinent , antequam ad illarum descriptionem deveniam , attingere . *Præcl. A. de Haen* in Universitate *Vindobonensi* primarius Professor , omnium primus , quod sciam , ex consilio cel.

Ar-

Archijatri *L.B. Van-Swieteni* Lithon-thrypticam vim *Uvæ Ursinæ Rat.* *Med.* pluribus in locis , cum obser-vationibus vulgavit. Planta hæc de-scribitur verbis Clar. *Lucæ Mislei Rat. Med. par. II. cap. XII.* quibus & nos utimur, additis cæteroquin animadversionibus , ne nostræ Regio-nis homines , rei similitudine dece-pti, vaccinium pro *Uva Ursina* colli-gant.

*Uvæ Ursi* , inquit *Mislei* , Αρπυτος ἄ-φυλος . Tournefort . Instit. Rei Herb. Tab. 370. *Est ex mente Cel. Lin-naei Arbuti species , nempe Arbutus caulis procumbentibus foliis integer-rimis.* Linn. Spe. Plant. Tab. I. 395.

*Num.*

Num. 4. Johannis Bauhini *Historia Plantarum universalis* Tom. I. Lib. 5. cap. 8. pag. 523. optimam dat iconem, sed descriptionem minus accuratam. Galeni descriptio videtur convenientissima lib. 7. cap. 4. natā rōmās. Frutex est humi repens, locis paucis frigidissimis, iisque potissimum crescens, quos perpetuae nives tegant; paucis dico: nam mihi multos altos Montes conscendent, non nisi in binis hactenus conspectus est: in Austriâ quidem, in Alpe Gans vulgo nuncupata, quinque Leucis ab Austriæ Neapoli sita; in Styria vero in Alpibus nivalibus dictis, sex Leucis a Cellis Marianis remotis, ubi in-

inter perpetuas nives copiosius legitur. Caules huic Frutici reptantes, cortex rufescens, folia conferta, oblonga, ovata, integra, carnosa. Flores monopetali, ovales, basi planiuscula, ore quinquefido: laciniis obtusis, revolutis, parvis. Fructus & bacca subrotunda, ceraso minori similis, rubra, seminibus quinque osseis, planiusculis fæta. Planta perpetim virret; fructus altero anno maturescit. Totus hic frutex, præsertim cortex & folia amarum adstringentemque habet saporem fere ut Peruvianus cortex. Cæterum in colligenda hac Planta attentus sit oportet Rhizotomus, ne Vitem idæam, seu

Myr-

Myrtillos rubros , pro Uva Ursina colligat : ita enim hæ binæ Plantæ , ut ovum ovo ; sibi similes videntur ; nisi systematicus Botanicus easdem semper distinguere novit . Differentia tamen hæc est : Uva Ursi florem haber decem staminibus ; Vitis idæa non nisi octo præditum . Uvæ Ursi Baccæ non nisi quinque habent semina , Vaccinium , sive Vitis idæa , viginti sæpe .

Hæc descriptio tametsi omnibus longe antecellat , his tamen in nostris Regionibüs quasdam exceptiones admittit . Hic Uva Ursi non solum locis paucis frigidissimis , iisque potissimum , quos perpetua nives tegant , crescit ; sed per omnes Benaci

ci ripas, ut nuperime mihi vide-  
re contigit, perpetim viret, ubi aut  
raro, aut nunquam nives, & glacies  
conspiciuntur. In Montibus *Dalco*,  
*Muiz*, *Ranz*, *Limoni*, qui Pagus  
*Riperia* extremus audit prope Ti-  
rolim, copiosissime legitur. In Mon-  
te *Vil* haud nusquam quoque in-  
est, & crescit una cum *Rhododen-*  
*dro foliis ciliatis nudis*, *corallis in-*  
*fundibuliformibus*. Lin. Jpe. Plant.  
Tom. I. 392. num. 3. quod perpe-  
ram ejusdem folia a Jacobo Zanonio  
in Rario. stirpi. His ampliatis Tab.  
178. pro illis *Uvæ Ursi* delineantur.  
In *Tremosinis* Montibus, qui parum  
a planicie extolluntur, tam copiose

viridefcit, ut totam, si possent, ex-  
cerperent Rustici, eo quia una cum  
*Erica antheris bicornibus inclusis, co-*  
*rollis inæqualibus, campanularis me-*  
*diocribus, foliis oppositis sagittatis.*  
(Linn. Spec. Plant. pag. 352.) oria-  
tur, ex qua bovum strata parant,  
seorsum hanc ab *Uva Ursi*, quæ hac  
in re haud inservit, frustra collige-  
re student. At nimis longior es-  
sem, si Montes omnes numerare  
vellem; in quibus Plantæ hæc inve-  
nitur: sufficiat, quod raro Riperiæ  
Montes absque hiac arbuti specie vi-  
dere evenit.

Quod ad Plantas attinet, hæc atten-  
denda sunt: *Vaccinium imprimis, quod*

*apud Cels. Linn. Spec. Plant. pag.*  
*351. num. x. sic definitur racemis*  
*terminalibus nutantibus foliis obova-*  
*tis, revolutis, integerrimis, subtus*  
*punctatis, ut plurimum, ut *Uva**  
**Ursi* haud crassescit. Quædam ejus*  
*folia majora, quædam minora, ac*  
*tam minuta habet, ut recte irregu-*  
*laria vocare possimus. Racemi *Uva**  
*in modum, ex pluribus acinis ru-*  
*bris, qui subtenui cute humorem*  
*habent, sunt congregati: horum se-*  
*mina parvas sunt; illaque sicutum*  
*æmulantur: quantitas vero per se*  
*variatur. Locis quæ nuperime indi-*  
*cavi, difficile invenitur; saltem ego*  
*paucissimis in montibus vidi. Absch*

*Uva Ursi æqualia semper habet folia; si ea, quæ ad maturitatem non pervenerunt, demamus. Baccæ, quæ ad instar malorum ex Arbusto pendent, rubescunt, gaudentque pulpa. Semina;* quod Misleii non nisi quinque habere afferit; mihi inter fructus millenos, quos patientissime aperui, diligenterque conspexi, crebro dividenda occurserunt 6. 7. aut octo, quandoque iter, quatuorve, hoc habito respectu, quod si numerum quinque, aut sex (ut plerumque inveniuntur) excedant, gracielescunt ut plurimum, sine minus, augentur. Ossa, sive semina, figuram in suâ naturâli, sedē, peponum

habent; si disjungantur, semilunares sunt, ac magnitudine penè tritici granis æquiparantur.

Ex iis quæ hæc tenus dicta sunt, inficiabitur nemo, summum inter has Plantas interesse discrimen. Si conferamus ambas; quis primo intuitu ex foliorum dissimilitudine, Plantarumque crassitie *Vaccinium*, sive *Vitum* *Ideam* ab *Uva Ursi* non dignoscatur? Porro quis ex summa fructuum diversitate, scilicet ex racemis *Vaccinii* primum, deinde ex acinorum humore, aut baccarum *Uvæ Ursinæ* pulpa unam ab altera non secernat? Quis tandem ex evidenterissima seminum differentia, his in-

colligendis falli possit? Tanta est hic varietas tantumque discrimen, ut non solum hæ duæ Plantæ, ut *ovum ovo*, *sibi similes sint*, sed impossibile videatur, ut *Rhizotomi* *Vitem Idæam seu mirtillos rubros pro Uva Ursinâ colligant.*

Ut omnibus tam en melius innotescant varietates, quæ inter *Vaccinium* & *Uvam Ursi* intersunt, harum Plantarum ad libri calcem Icones dedi. Flores ibi, fructus, semina, ut seorsum delinearentur, ne ullus dubitationis locus supereffret, curavi. Discrimen, quod hic animadvertisimus, fortasse haud omnibus in Regionibus est admittendum. *Non omnis fert omnia Tellus.*

B 3 Hic

Hic segetes, illic veniunt felicius Uvæ:

Arborei fætus alibi atque injussa virescunt

Gramina, nonne vides croceos  
ut Tmolus odores,

India mittit ebur, molles suæ  
tbura sabæi?

At calybes nudi ferrum, viro-  
saque Pontus

Castorea, Eliadum palmas Epi-  
ros equarum?

Continuo bas leges, æternaque  
fœdera certis

Imposuit natura locis. Virg.

Georg. lib. i. vers. 54.

Ad tollendas quasdam nonnullo-

rum

rum dubitationes, hæc absolute ani-  
madvertenda existimavi. Perperam  
agitur de remediis, si haud recte  
noscuntur; utinam illa Agyrtis, quæ  
quotidie ægris præscribunt, nosce-  
rentur. Sed qua vi polleat *Uva Ur-*  
*sina*, ac quæ nobis visa sunt, nunc  
describamus.



D E

## UVÆ UR SINÆ

Analysi Chymica.

C A P. II.

**A**Ntequam de Analyſi *Uvæ Ursinæ* quidquam proferam, hæc imprimis animadvertenda sunt. Cum in experimentis quandoque *Uvam Ursi* suum prorsus edere effectum animadvertissem, peculiariterque hoc in præclarissimo illo Viro, de quo prima in observatione est sermo, annotassem, hanc in rem mihi esse inquirendum existimavi. Experimentis

æ-

sæpius inde repetitis , ac diligentí  
perscrutatione a loco , & tempore ,  
quo Planta collecta est , rem ex to-  
to pendere edocitus sum . Varietatem  
hanc præ cæteris animadvertisit Boer.  
in *Elem. Chym.* Tom. II. in Prole-  
gom. his verbis *succos Plantæ ejus-*  
*dem vario tempore , valde diversos*  
*haberi , adeo ut quidem vix iidem ap-*  
*pareant , sive colorem lubet spectare ,*  
*sive odorem , sive saporem ; ne vires*  
*recensem singulares , quæ etiam in*  
*crudis , maturisque adeo differunt , ut*  
*nullo modo comparari queant .....*  
Eo etiam liceat referre varietatem ,  
quæ diversitate terræ nutricis acci-  
dit . Ita nimirum montanis orta lo-

cis

cis, aut umido palustri solo prognata, miris modis differunt. Indeque optime concludit Auctor: Quare eadem operatio iisdem quoque de Plantis diversa prorsus aliis tempestatis elicet. Hæc magni res est momenti, maximeque attendenda. Non raro ad orcum quædam deprimuntur remedia, cum re vera adhibita diligent observatione, ad sidera tollenda sunt. Merito Cel. Störck ad errores vitandos de *Cicuta* iconem in suo supplemento tradidit, ibique extractum non ubique juxta suam mentem parari, ideoque jure neque ab adversariis effectus laudatos inventi conquestus est. Quamquam  
hic

hic non habeamus, unde *Cicutariam* virtutem confirmemus, hoc tamen verum est, male aliquid damnari remedium, si præter Auctoris mentem adhibetur. Sed iadu nos *Uva Ursi*, dum florescit aut paulo post, est carpenda, scilicet tempore veris, ad mensis Maji finem, aut incipiente Junio. Ardente Sirio, aut Autumnali tempore paucos humores, ac minori activitate præditos habet. Hic præ ceteris optima est quæ locis soli expositis nascitur, & potissimum quæ in *Montibus Tremosinis* seritur; quæ in Vallibus locisque opacis colligitur, est abiicienda. Quam meis in experimentis adhibui

bui, congruis in locis, tempore opportuno carpta fuit, ideoque suis effectibus carere nunquam vidi. igitur ex hac ipsa en Analysim.

*Uva Ursi* in umbra exsiccata ad pondus librarum trium, luto obdutam retortam fere ad colum usque implevi. Huic cornuto vitreo, furno arenæ commisso, latissimum excipulum, accurate connexis commissuris agglutinavi. Sic paratis rebus distillationem gradibus ignis haud majoribus, quam 212. institui. Aqua, quæ primum prodiit liquida, paululum odora, ac acidula erat: ignem semper eodem in gradu servavi, donec aquæ color ex albo in subru-

brum

brum mutaretur. Tunc excipulum e cornu retortæ ablato, nāquam effudi, quæ circiter *Uvæ Ursinæ* sextæ pars erat, ac seorsum servavi. Dein rete excipulo agglutinato gradus ignis sensim auxi, quandiu humor hic subruber, acidus, aliquid emperumatis solens, adscenderat, quem rursus effusum, puro vitro retinui. Liquoris ihus quantitas antedicta minor erat, scilicet haud major.

iv. Hinc cum ignis gradus augerem, servaremque pariter in liquor ruber, maxime acidus, sumime penetrans tempyrumatis fetorem ite halans, una cum oleo rubro tenui egrediebatur. Utriusque pondus paulo

minus superiori erat, natque ut de superioribus liquoribus, sic & de hoc ipso actum fuit. Tandem signem vehementissime intendi, in quantum retorta ferre poterat, lac sic fumo densi ascendeboleum spissum, nigrum, tenax prodiit. Ubique ad latera recipientis in maculis rubro-nigris tal volatilis oleosum, quod postea halcalinum esse cognovi, in adesse apertissime conspiciebatur. Denique ad extremum calore aucto cùm suppressionis igne, aliquid is adhuc olei nigerrimi, ponderosi, impicem, æmulantis nobtinui. Quæstanta vero Olei omnibus his distillationibus egressi, universam ferme quantitatem liquoris

ior

æqua-

æquabat, ex quo evidentissime constat, Plantam hanc multo oleo præditam esse, quod & magis apparet cum tempore Autumnali, aut Hymali colligitur.

Sic quod humoris spirituosi, salini, ac oleosi, summa (ac perenni) ignis vi *Uva Ursina* inerat. extrahitum, quod interpretata supererat, eduxi. Scobs, sive carbo nigricans, levis, insipidus erat. Massa hæc omnibus, quæ pondere minor erat librae unius, parva pruna adjecta, levi adflatu, tota in ignem lucentem incensu debatur. Sic quod nigrum erat in insipidos albos cineres brevi tempopris spatio conversum, haud multum

salis alcalini ope lixivi dedit.

Liquores, quos eduxeram, dum illos in vasis vitreis servarem, ad latera oleofami crustam deposuere, & acidiores evasere. Si per duos tresve menses in vasis detinentur bene patulis, sal volatile spirituosum, atque acre avolat, nec preter nigrum oleum quidquam remianet. Merito igitur liquores ii, quibus simul sociatis nostris in experimentis utimur volatilibus, acidis, salibus, oleosis prediti sunt. Hinc animadverendum, quod pro experimentis confiendis, post absolutam Analysim liquorem ab oleo segregavi; nam haud eadem pollere virtute, dum seor-

seorsum liquores comparare, inveni. Fortasse in triplicata excipuli ablotione multum salis acidi ac volatilis avolat, quod maxime in dissolvendis calculis præstare extra du-  
biū est.

Hac in Analyſi confienda, cum ad propositum meum parum conferre autumarem, haud multum de minutissimis quantitatibus sollicitus fui, cum revera hæ mihi potius nimia subtilitates, quam utilitates videantur. Hinc tamen diligentissimas aliorum observationes non damno, immo maximopere *Geofrojanas Analyſes*, ac præcipue quæ de affinitati-  
bus *Chimicis vegetantium* nuperrime

## 34 DE ANALY. CHYM.

*Philippus de Limburg* scripserat, laudo admirorque. Verum quisque incassum laborat, si ignis ope Plantarum insitas a natura proprietates educere putat. *Boer.* inquit loc. cit. *Longe abest ut Chimistæ operationibus suis separare queant semper præstantes vires, quas natura proprias alicui Plantæ impertiit: quum easdem suis artificiis sæpe numero, immo plerumque, valde immutent, quin & in contrarias prorsus convertant.* Ad hanc Chymicam Analysem conficiendam me tantummodo impulit animus meus, ut viderem, an quid in liquoribus *Uvæ Ursinæ boni* adversus lithonthrypticos mor-

bos

bos inesset . Quid tamen prætent,  
quæ sequuntur, experimenta eviden-  
tissime palam facient.



## EXPERIMENTA

De vi Lithonthryptica Liquoris

## UVÆ URSINÆ

C A P. III.

## SECTIO I.

Cum saepius animadvertissem ea,  
 quæ sua in introductione Præclarissimus Stephanus Hales in experimentorum super calculis collectione his verbis docuerat ; la grande délicatesse de nos viscères d'une part ,  
 & de l'autre la dureté excessive de la plupart de calculs , ne font que trop

trop sentir, que le mal est sans ressource; car après avoir essayé toutes les préparations chymiques qu'on peut imaginer, on a trouvé que ni les alkalis, ni les acides, ni les sels neutres, ni enfin les menstrués salins, sulphureux, savoneux, ne faisoient aucun effet sur ces concrétions; l'esprit de nitre qui est trop corrosif, étant le seul corps qui jusqu' ici ait pu dissoudre effectivement ces sortes de concrétions. Et alibi experimen-

to quinto cap. 3. pour les calculs qui sont durs, comme il n'y a que l'eau forte qui les puisse dissoudre, on ne doit pas se flatter de trouver un menstrué convenable. Cum hæc

igitur animadverterem, mihi in mente constanter haesit, aliquid quærere, quod huic sævissimo morbo opponeretur. Hinc cum ex pluries repetita Analyſi Chymica *Uvæ Ursinæ* Liquoris haud parvam quantitatem collegisse, an Calculos Liquor hic solveret, perquirere consultum duxi. Experimenta hujusmodi, quæ a Cel. Viris huc usque habita sunt, ut plurimum habita sunt in caloris gradibus, qui calorem humani corporis æquarent. Ego autem, cum esset æstas, solis calori vasa vitrea, bene occlusa, in quibus menstrua, & calculi continebantur, exposui, caloris adnotans gradus per *Fahren-*

*betii*

*betii Thermometrum*, quod ligno appensum una cum vitreis apposueram.

Quintuplicem differentiam in Calculorum distinctione, ut omnium optimam, sequor *Vincentii Menghini*, quæ in actis *Academiæ Instituti Bononiensis* extat, Op. I. pag. 3. Ille enim *alios marmoreos*, *alios lateritios*, *Tophaceos alios*, *alios gypseos*, *alios denique arenarios calculos* vocat. Nos quoque ita nostros denominabimus, ut clarius pateat, quibus in calculis capta experimenta sint, quæ sequuntur.

I. Die xxii. Junii anno 1764.  
Calculum humanum Fusco-rubrum,

## 40 EXPERIMENTA

lateritium pondere gran. vi. in *Uva Ursinæ* liquore posui. Vitrum, quo continebatur, attente adspiciens postea, mox bullas aeras emittere Calculum summa cum voluptate vi- di: Duodecim inde circiter trans- Etis oris illum muco quodam nigro se texisse apertissime conspiciebatur. Mucus hic semper aderat, tametsi Liquorem aliis rebus miscerem, antequam Calculi dissolverentur. Post tres dies Calculum librans, quatuor decrevisse grana inveni, & quod ex eo remanserat, levi digitorum affri- stu, in pulverem redigi. Hoc inde pluries, eodem semper cum eventu refectum fuit.

Ther-

Thermometrum Soli expositum  
106. gradus, alterum quod in Cu-  
biculo habebam 80. $\frac{5}{8}$  monstrabat.  
Qua designatione primi, & ulte-  
rius, quotiescumque infra utar, id  
quod nunc dixi, intelligatur.

His in Experimentis qui caloris  
gradum attente ponderabit, senten-  
tiam Præcl. *Haenii Rat. Med. Par.*  
*ii. cap. x. expositam, scilicet quod*  
*aeris calor sæpe transcendat huma-*  
*nūm, hac quoque in nostra Regio-*  
*ne apertissime confirmatam videbit.*  
Hinc animadvertisendum, me tantum-  
modo majores Thermometri acces-  
siones describere; nam quisque sum-  
mo mane, vespere, ac tempore no-

Etis

Etis varium caloris gradum esse per se novit.

II. Die prima Julii Calculus gyphæus fuscus pond. gr. 7. in æquali quantitate Liquoris, & admixtæ aquæ fontis imponebatur. Die 5. ejusdem mensis absoluta, dum ponderarem illum, vix quattuor esse gr. inveni.

Prima, & secunda die Thermometrum primum  $105\frac{3}{4}$  gr. Alterum  $79\frac{1}{2}$  ostendebat. Aliis diebus cum Sol nubibus obumbraretur, Thermom. pr. haud exposui: alterum  $74\frac{1}{2}$  gr. monstrabat.

III. Eadem die periculum inivicuum  $\xi$ . 1. aquæ fontis, ac  $\xi$ . 5. Liquoris, immittens hanc in miscelam

Calculum album gypseum pond. gr. 12. Quinque transactis inde diebus gr. duo cum dimidio decreverat.

IV. Aliud eodem tempore experimentum feci. In fontis aqua paucas Liquoris guttas infudi sic ut colore citrino imbuta videretur. Hac in aqua Calculum staphaceum album pond. gr. 13. injeci. Tempore quod nuperrime indicavi absoluto, Calculum tria pondere grana amississe reperti.

V. Cum experimenta hæc vasis subere optimo siccissimo, ac papyro occlusis acta sint, Calculus Lateritius, die tertia Julii etiam in vase bene patulo Liquoris pleno demittebatur.

Prima die bullas aereas emisit, ac muco jam indicato obtegebatur. At illum post duodecim dies ponderans, cum Liquor imminutus, densiorque conspiceretur, duo tantum decrevisse gr. inveni.

Hęc observatio confirmat ea, quae de excipuli a cornu retortæ ablatione in Analysis Chymica dicta sunt.

His interea experimentis, millies innovatis, præter omnem dubitationem, vi Liquoris *Uvæ Ursinæ* lithon-thryptica, evidentissime confirmata; videamus nunc, si cum nonnullis Liquoribus Animalibus eadem præstet.

## EXPERIMENTA

C U M

## UVÆ URSINÆ

Liquore, nonnullisque Liquoribus  
Animalibus.

## SECTIO II.

VI. **P**rimum periculum inivi cum  
urina. Die 9. mensis an-  
tedicti Calculum marmoreum fuscum  
pond. gr. 8. in æquali quantitate Li-  
quoris, & Urinæ simul admixtae col-  
locavi. Quod de muco superioribus  
in experimentis dictum fuit, id pa-  
riter in hoc ipso præcipue evenerat.

Cal-

Calculus inde post tres dies non nisi  
4. cum dimidio gr. pendebat.

Thermometrum primum 106  $\frac{1}{2}$   
alterum 80  $\frac{1}{2}$  gr. ostendebat.

VII. In aqua, urina, & Liquore  
simul admixtis cum eadem die Cal-  
colum gr. 9. pariter marmoreum fu-  
sco-rubrum posuisse, tribus diebus  
granis duobus cum dimidio decre-  
vit.

Hæc observatio maximi est mo-  
menti, maximeque a Clinicis ani-  
madvertenda. In Sectione sequenti  
evidentissime monstrabimus humorem  
ita dilutum, tuto posse, & absque  
damni timore in vesicam injici Cal-  
culos ibi inhærentes dissolvendi gratia.

Ab

Ab Halesio aliud excogitatum fuit menstruum pro injectione in experimento tertio sui Tractatus *Recueil d' Experiences sur la Pierre*, at proximia aciditate haud usum in hominibus commendavit, cum hujus in Brutis damna animadvertisset. Cum *Calcis Aqua* plurima in Canibus experimenta a Cel. Browne *Langrish* acta fuere suo in Opusculo *Experiences de Medicine sur des animaux*: sed quod fortasse solveretur *Uvæ Ursinæ Liquor*, minime ab hac solveretur aqua, ac sic deinceps: hinc summi est momenti pro humano genere alterum invenisse menstruum, ut, ubi deficeret unum, alterum per belle suppleret.

VIII. Per quatuor dies scilicet a nona usque ad decimam tertiam diem mensis ejusdem, Calculo tophaceo gr. 6. in saliva & æquali liquoris quantitate immisso tribus, granis diminutus est.

IX. Calculum lateritium album pond. gr. i*i*. cum dimidio, die X. mensis Julii, in Liquore ac bilis æquali portione collocavi. Die xi. mensis ejusdem, scilicet horis ab infusione 24. transactis, illum librans pond. gr. 2. minorem inveni.

Ex his quæ hactenus dicta sunt, patet evidentissime, Animalium Liquores vim *Uvæ Ursinæ* Liquori haud auferre, ideoque in dissolvendis Culis,

culis , multum in Animalium cor-  
poribus præstare posse . Hic tamen  
quid in Canibus efficiat, Felibusque ,  
videndum supereft .



## EXPERIMENTA

In Animalibus acta.

## SECTIO III.

X. **S**eni Catulo toto correpto sca-  
bie 2. i. Liquoris Siphonis ope-  
per os in ventriculum infundebatur.  
Horæ vix quadrante elapso , enixis  
viribus cum liquore materiam albam  
evomuit : at nihilominus aliquantu-  
lum hæsit , maximis cæteroquin ad  
vomendum conatibus . Mæstus alte-  
ra die , dormitabundus , tametsi edif-  
set , aliqua cum tussi , & vomitu  
conspiciebatur . Tertia imminueban-  
tur omnia , ac die quarta levis , e-

sca-

scabie mundus, alacer, famelicus vi-  
debatur. Tunc per uretram Liquo-  
rem admixtum cum aqua injeci, sic  
ut Sectionis primæ num. 4. descri-  
bitur. Post horæ quadrantem min-  
xit, nec videbatur aliquo uropojecti-  
co morbo teneri. Clysterem quoque  
hujus Liquoris, & aquæ æquali por-  
tione ipsi injeci, consilio postea ape-  
riendi illum, ut, an viscera ejus tor-  
querentur ab hoc liquore, viderem.  
Sed Custodis incuria, elapso Cane,  
quod intenderam, absolvere non po-  
tui.

XI. Catulæ in vesicam liquorem  
infudi sic ut extat num. 3. Hoc par-  
va Catulæ contorsione, & ejulatu-

fiebat. Illam mox liberam reliquimus, quid factura esset, observantes. Per Claustrum, in quo tenebatur, cucurrit, quærens quā effugeret. Panem comedit, nec alicujus molestiæ signum dedit. Paulo post subrubram urinam minxit, sicut in ipsa Liquor conspiceretur. Per tres dies ter hæc injectio repeatabatur, ac deinde illam jugulavimus. Septa cane, ac vesica cum uretra rimantes, nihil, quod præter naturam esset, invenimus.

XII. Duabus Felibus in vase figlino, in quo jecur cum butyro incoctum aderat 2. 2. Liquoris Uvæ Ursinæ ad edendum dedi. Avidissimi omnem devoraverunt absque aliquo

damno. Hic tamen est animadver-  
tendum, quod num. 19. mox dicen-  
dum erit de hoc Liquore cum bu-  
tyro admixto.

XIII. Alteri Catulæ in ventricu-  
lum 2. 1. Liquoris infudimus. Quod  
de Catulo dictum fuit, idem & de  
hac ipsa evenit. Tertia die cum a  
vomitū, & tussi liberaretur in ve-  
sicam injecimus 2. 2. Liquoris admix-  
ti, hūi num. 4. adnotavimus. Hanc  
injectionem bis in dies repetitam per  
hebdomadā peregimus, ac cum vi-  
deretur absque aliquo dolore, & sen-  
su, injectionem cum majore Liquo-  
ris quantitate innovavimus, ac de-  
inde post sex dies ad Liquoris inje-

## 54 EXPERIMENTA

ctionem, ut num. 3. extat, devenimus. Alacer Catella his injectionibus per 25. dies assueta, tamquam si blanditiis teneretur, pruritus signum nunquam præbuit. Tunc Liquorem num. 2. injecimus ad pondus 3. 2. hiat, id quod antea nunquam fecerat; signum aliquod doloris, ac si irritaretur, dedit, continuo que minxit: Verum momento temporis acto, nihil aliud pati videatur. Hinc injectione repetita animum intendimus, ne statim mingere, curantes modo, ut per conclave assidue curreret. Quo facto, se dejectit humi fessa, nec mingendi voluntatem habere videbatur. Post in-

de

de elapsam semihoram, cum bene pa-  
nem cum ossibus medisset, plurinam  
placidissime reddidit, quod & inde  
semper per 7. dies fecerat, absque  
aliquo irritationis signo. Tunc injec-  
tio simplicis Liquoris acta fuit; at  
quamvis, omni adhibita diligentia,  
sæpius ut Liquori detineretur, cura-  
remus, nihilominus maximo cum do-  
loris, ac pruriginis signo semper ejici-  
ebatur. Fortasse & hunc detinuis-  
set, si gradatim ad extremam hanc  
injectionem devenissem: hinc adfe-  
ctus hic, potius mihi, quam Liquo-  
ri tribuendus est. Experimentum ut  
inceperam, temporis inopia, haud in-  
novavi. Catulam bene merentem ad-

## 56 EXPERIMENTA

servo, nec ex injectionibus antedictis quidquam damni contraxisse videtur. *Item* inhibitione animalium  
 XIV. *Molosso seni* 2. Liquoris in ventriculum infudi, ac eodem temporis puncto 10z. p. 2. aquæ fontis cum Liquoris 2. l. simul admixti invicem injecintur. Liber inde relictus canis collum parietibus confricabat, ac humi repens tamquam si gutturi incenderetur, abibat. Paulo post maxima invadente tussi, Liquorem cum ossibus, quæ antea comedebat, evomuit; atque hoc deinceps per medium circiter horam viribus enixa pluries repetebatur. Tunc denuo diligatum canem jugulavimus. Os im-

primis, & lingua livida erant, nac tamquam plumbeo colore suffusa. Fauces, & Æsophagus coloris ne jusdem, eorumque venæ, arteriæque turgidissimæ, & cracca sanguinis plenæ inveniebantur. Ventriculum contractum, aut vix nucem caperet, & inflatum, corrugatumque animadvertis. Pilori orificium tamolaret, coarctabatur, ut vix specillum transmitteret. In duodeno nihil, ut pmihi invisum fuit, liquoris inveniebatur, nec inde inde se etiisper longitudinem intestinis signum hujus iullo in illo conspiciebatur. Vesica naturalis erat, nac parvam urinæ copiam cum aliquo liquoris vestigio continebat. Collum

## 58 EXPERIMENTA

vesicæ & quod consequitur uretrā parva flogosi affectā videbatur ; cætero-  
quin earum vasa haud præter natu-  
ram explicabantur . Hæc sunt , quæ  
cursum hac in Sectione animadvertis-  
imus . *autem ad finem V. annos*

Cæterum desiderabile esset , si fieri posset , ut ferri iope , via in vesicam facta , Calculus in ea iponere-  
tur , occuratoque deinde vulnera , ex-  
perimenta , quæ proposita sunt , tum  
dénique repeterentur . Verum obser-  
vationem hanc , admodum peruti-  
lem , oillis relinquimus , qui otio ab-  
undantes , nullis occupationibus di-  
stinentur .

EX-

# EXPERIMENTA

Cum Liquoribus fermentatis, spirituoso-  
sisque, nec non cum liquore

UVÆ URSINÆ

## SECTIO IV.

**C**um ex experimentis in Ani-  
malibus actis Liquorem in ea-  
qua dilutum in piis nullum iafferet. Ide-  
trimentum ac constaret, ex experimenta  
habita sunt, quae sequuntur.

XV. In Vino generoso, pac in Li-  
quoris æquali a quantitate. Die primâ  
Augûsti Calculum arenarium fuscum  
pondere granorum 12. posui. Die  
quarta mensis absoluta granis 5. Cal-

culum diminutum deprehendi.


Thermometrum primum 108  $\frac{1}{2}$   
alterum gr. 80. monstrabat.

XVI. Simile experimentum inivi  
cum Olygophoro vino, & Liquore,  
ac Calculus gypseus albus haud an-  
tedicto major, eodem temporis spa-  
tio, tribus cum dimidio granis de-  
crevit. *Hinc Rvinum hiis, qui Uvæ Ursi-*  
*Liquore utuntur, non esse inhibi-*  
*bendum, servato tamen modo, id fa-*  
*tis superque manifestum est.*

XVII. Spiritum vini cum Liquo-  
ris æquali in portione miscui, histoque  
in humore Calculum lateritium fu-  
sco-rubrum pond. gr. 10. immisi. At

post 10. dies, & ultra illum librans,  
nihil sui ponderis amisisse depre-  
hendi.

Quod cum vini spiritu, idem cum  
aliis omnibus spiritibus successit. Quæ  
res apertissime docet, hujus generis  
potiones in Uropojeticis morbis ve-  
lis, remisque fugiendas esse.



**EXPERIMENTA**

Cum alimentis, aliisque rebus,  
atque cum liquore

**UVÆ URSINÆ****SECTIO V.**

XVIII. **D**e 12. Aug<sup>st</sup>i in ju-  
sculo vituli, ac in Li-  
quoris equali quantitate Calculum  
immisi fuscum marmoreum pond. gr.  
15. Tribus transactis inde diebus cum  
illum perpendarem, suo pondere mi-  
norem gr. 4. comperi.

Thermometrum primum 110. al-  
terum 81.  $\frac{1}{2}$  gr. ostendebat.

XIX. Eadem hora cum bene pa-  
nem,

nem , & ova cum butyro incocta masticassein , ea in miscela tantum Liquoris infudi , quantum pondere illa erat . Calculus lateritius albus , qui antequam his in rebus digeret rem , gr. 9. pendebat , eo absoluto digestionis tempore , quod in extremo experimento indicavi , gr. 1. tantummodo decrevit .

Hinc ova in butyro incocta non sunt illis tam facile concedenda , qui hoc remedio utuntur .

XX. Cum Pisce recens imperfecto marino elixo , ac oleo ulivarum condito , eodem tempore ; in Liquore immixto periculum feci . Calculus lateritius , ac pariter albus pond. gr.

17. hacten miscela positus, trium dierum decursu, suo pondere gr. 3. cum dimidio minor comperebatur.

XXI. Sacchari 3. i. in 2. f. Liquoris dissolvi. Cum hac in dissolutione die VI. mensis ejusdem immitterem Calculum pond. gr. 8. marmoreum album, ac post quatuor inde dies rimirer illum, uno tantummodo granulo imminentem inveni.

XXII. Aliud experimentum cum melle feci; at idem, ut de Saccharo dictum fuit, evenit. Concluditur hinc Saccharata ac mellita vim aliquam Liquori auferre, quod a Clinicis maxime est attendendum.

XXIII. Die 20. Augosti in Li-

quore

quore Cassiam recentem dissolvi , ac  
deinde hac in miscela Calculus are-  
nalis albus ponebatur . Duobus cum  
dimidio inde diebus <sup>III.</sup> absolutis granis  
3. illum decrevisse inveni .

XXIV. Idem cum decocto Chinæ  
Chin. Asparagorum , *Uvæ Ursinæ*  
evenit .



## EXPERIMENTA

Gum variis frutibus, & Herbis  
ac cum Liquore

## UVÆ URSINÆ.

## SECTIO VI.

XXV. **C**alcum Tophaceum al-  
bum pon. gr. 10. die:  
13. Julii in Geraforum succo ac Li-  
quoris æquali portione posui. Tri-  
bus transactis diebus perpendens il-  
lum, gr. 4. decrevisse reperii.

Thermometrum primum 107.  $\frac{1}{8}$ ,  
alterum 80.  $\frac{1}{2}$  monstrabat.

XXVI. In <sup>4</sup>Fragorum succo, ac in  
hu-

humore Calculus lateritius albus pon.  
gr. 7. eadem hora, ut in superiori  
experimento actum fuit, immitteba-  
tur. Post tres dies gr. 1. cum dimi-  
dio decrevit. Succus hic aliquam hu-  
moris vim auferre videtur.

XXVII. Tertium inivi experimen-  
tum cum Parietariæ succo, ac cum  
Liquoris æquali quantitate. Calculo  
lateritio fusco pon. gr. 9. hanc in  
miscelam immisso die 20. Julii, dum  
illum librarem, pondere minorem  
factum gr. 3. comperi.

XXVIII. Die 20. Julii Calculus  
marmoreus fuscus pon. gr. 12. cum  
dimidio in citriorum succo, ac in  
Liquoris æquali quantitate impone-

batur . Tribus inde diebus cum di-  
midio absolutis , rimantes illum , pon-  
dus granorum 7. nihil trascendere  
invenimus .

Thermometrum primum 107.  $\frac{1}{2}$   
alterum gr. 80.  $\frac{1}{8}$  designabat .

Hæc dissolutio considerabilis , illis ,  
qui calculo laborant ; sæpe præscri-  
bendam esse citream potionem do-  
ceret : verum nos Clinicis expertis-  
simis hæc ponderanda relinquimus :

Hinc , ut mœlta uno verbo com-  
plectar , ex fructibus , herbisque pau-  
ca sunt , quæ *Uvæ Ursinæ* aliquid  
Liquori demant . Hic fortasse aliquis  
objicit mihi , quæ nunc scribo de  
*Uvæ Ursinæ* Liquore , eadem & de  
plu-

pluribus aliis Plantis esse dicenda.  
Nam cum ex auctoritate Stephani  
Francisci Geoffroy, inter eas, quæ ex  
tot diversis Plantis extrahuntur sub-  
stantias quam pauca discrimina sint,  
hinc facile evenire potest, ut ex his  
æqualibus ferme substantiis plurimæ  
eosdem præstent effectus, quos nunc  
de *Uva Ursi* descripsimus. Verum  
his, qui similia dicerent, responsum  
in promptu est: Nōs tantummodo  
quæ de hac Planta animadvertisimus,  
adnotamus. Neque ea quæ minime  
experti sumus tanquam incerta abij-  
cimus. Optimum cæteroquin erit,  
si his alii alia adjungant.

Hic vero haud audeo hortari Me-

## 70 EXPERIMENTA

dicos, ut in hominibus liquorem  
hunc audacter adhibeant: hic con-  
statari oportet, & experimentis caute  
experimenta addere, ut humano ge-  
neri inventum reddatur utilius. For-  
tasse si liquores isti Chimica resso-  
lutione committerentur, tutius in Cal-  
culis dissolvendis efficerent menstruum,  
reique alicujus additione optimum  
remedium evaderet. Sat notum est,  
adagium illud; inventis addere fa-  
cile est.

EX-

## EXPERIMENTA

DE

## AQUA CALCIS

Ordinaria.

## SECTIO VII.

**D**um hæc in *Uvæ Ursinæ* Li-  
quore experimenta institue-  
rem, ac sæpe animadverterem quæ  
apud Auctores leguntur, præcipueque  
*Cel. Roberti Whytt* Edimburgensis  
Profess. experimenta de vi *Calcis A-*  
*quaæ Lithonthryptica* quæ in actis ex-  
tant Edimburgensibus Tom. 6. haud  
inutilem penitus fore existimavi,

si vires *Uvæ Ursinæ* cum *Aquæ Calcis* viribus compararem, ut, ex his utra majori virtute polleret, apprehenderem. Quapropter die 9. Julii *Calcis* vivæ libra una e calcaria modo extractæ aquæ ebullientis libras 10. super infudi, ac sic per quattuor horas in vase figlino reliqui. His transactis *Aquam Calcis* supernatantem depuravi per papyrus, atque ex hac *Aqua experimenta institui.*

Antequam tamen periculum facrem, hanc *Aquam* examinavi, sicut fecerat modo laudatus Auctor Sect. II. n. 7. Cum Urina idem præstitit hic quod Edimburgi, scilicet dum miscerem *Aquam Calcis*

cum

cum urina , obturbabatur primum , deinde in vasis fundo album sedimen apparuit , liquorem sedimini supernatantem pellucidum relinquens . Cum Violarum sirupo *Aqua Calcis* viridescit ; vinum rubrum in nigrum convertit , nec emittit aliquem cum urinā odorem . Sic *Aqua Calcis* probata , en experimenta .

XXIX. Die 30. Junii Calculum gypseum pon. gr. 12. cum dimid. in hac *Calcis Aqua* posui , idemque momento temporis in Liquore *Uvæ Ursinæ* alium Calculum qualitatis eiusdem pon. gr. 13. immisi . Tribus transactis diebus Calculus , qui in *Aqua Calcis* positus fuerat , integer erat ,

erat, alter gr. 4. decrevit.

De Solis Calore V. Sect. i. n.2.

XXX. De hoc experimento an-  
ceps periculum die iv. Julii inno-  
vavi, ac in vase oris compressi, be-  
neque clausi calculum album arena-  
lem pon. gr. 15. in *Calcis Aquam*  
immisi. Die ejusdem Mensis 11. cum  
primum Thermometrum 107.  $\frac{1}{2}$   
gr. ostenderet, alterum 79.  $\frac{1}{8}$  cal-  
culum eodem pondere inveni.

XXXI. Obstupui, dum hæc ani-  
madverterem, ac de Calce pericu-  
loque hæsitans memet ipsum ad Cal-  
cariam contuli, ac viva Calce inde  
extracta, statim aquam denuo con-  
feci, sic, ut nuperrime adnotave-  
ram.

## DE AQUA CALC. CAP.III. 75

ram . At incassum ; nam cum die  
12. Julii Calculum in vase subere,  
ac papyro clauso imposuisse , hunc,  
dum scribo , scilicet die 18. Octo-  
bris integerimum invenio.

Millies inde periculum innovavi,  
idemque mihi semper omni adhibi-  
ta diligentia respondit .

Discrimen hoc me haud intelli-  
gere confiteor . Hic *Calcis Aqua* cum  
Urina , vino , violarumque syrupo  
idem præstat , quod Edimburgi ali-  
bique ; at Calculos minime solvit .  
Hic *Aqua Calcis* omnes habet pro-  
prietates , quas ipsi Auctores sui tri-  
buunt , at in Calculis dissolvendis ef-  
fectus eosdem hic , ut alibi , mini-  
me

me præstat. De experimentis *Cel.*  
*Whytt* aliorumque haud dubito, at  
hic mea experimentis eorum oppo-  
nuntur; honestus autem vir, candi-  
de, quod in experimentis animad-  
vertit, fateri debet. Sed jam ad  
*Aquæ Calcis* testaceorum experimen-  
ta pergamus.



EXPERIMENTA  
DE  
AQUA CALCIS  
Testaceorum

SECTIO VIII.

**E**t retus spe me fortassis fortuna-  
tiorem esse posse vinnit experien-  
tia habendis cum Testaceorum  
aqua, operam dedit, ut Ostrea ad me  
deferrentur. Ut suis in observationibus  
admonet Cels. Whytt Sect. III. num.  
19. Ostreis in Calcem redactis, &  
adhuc calentibus, pondere Libræ u-  
nius Aquæ ebullientis Libras 7. suis

per

## 78 EXPERIMENTA

per infudi, ac per quattuor horas in vase pariter figlino intactas reliqui. Aquam, quæ Ostreis supernatabat, acta jam ebullitione, per papylum trajeci, ac postea meis in experimentis adhibui.

Ostrea hæc parva, solida, compacta, ac recenter collecta erant, nec unquam soli exposita, ne quidquam innievaporatione ex vi sua amitterentur. Hac siue de secutus sum Experimentum HH. superius laudati Langrischo. Aqua cum his Ostreis parata, ne eam deinde crambem sapius recouquam, omnes illas habebat proprietates, quæde. Aqua Calcis ordinaria dictæ sunt.

DE AQUA CALC. CAP.III. 79

XXXII. Calculum album gypseum  
pon. gr. 10. die 14. Julii hac in  
aqua posui. Mox bullas emisit ali-  
quas, sic ut actum fuit in comuni  
*Aqua Calcis*. Verum spem mihi  
præcidit; cum enim libralem Cal-  
culum Mensis ejusdem die 26. abs-  
que ulla mucositate incorruptum in-  
veni.

Thermometrum primum 109.  $\frac{1}{8}$   
alterum 81.  $\frac{3}{8}$  gr. ostendebat.

XXXIII. Alterum Experimentum  
feci ipsa die cum Calculo lateritio  
fere nigro pon. gr. 16.5, ut post dies  
5. æque hunc integerimum in-  
veni.

XXXIV. Die 16. Mensis ejusdem  
Cal-

## 80 EXPERIMENTA

Calculum marmoreum fuscum pond.  
gr. 7. ad experimentum posui. Die-  
bus 15. transactis pariter erat, ac  
anteas, cum illum in aqua depo-  
fueram.

XXXV. Illa die alterum péricu-  
lum feci cum Calculo arenali colo-  
re vario pon. gr. 10. at post tem-  
pus idem nihil immutabatur.

XXXVI. Tertium eodem tempo-  
re experimentum inivi cum Calcu-  
lo stophaceo pene rubro pon. gr. 16.;  
at quod in aliis experimentis, idem  
in hoc quoque successit.

XXXVII. Ex Murice Marino Li-  
brarum trium *Aquam Calcis* feci sic,  
ut de Ostreis feceram. Hac in Aqua

Cal-

DE AQUA CALC. CAP.III. 81

Calculum gypseum album pon. gr.  
10. die 14. Julii posui : at librans  
illum die 22. Mensis ejusdem , tam-  
quam si haud immissus in aquam  
fuisset , inveni .

De Solis Calore V. num. 32.

XXXVIII. Experimenta hac in  
aqua innovavi cum omnibus Calcu-  
lorum qualitatibus : at incassum ,  
nam semper Calculos integerrimos  
inveni .

XXXIX. Cum hæc vidissem de  
memetipso hæsitans , fereque oculis  
meis fidem minime præstans , magnum  
Virum Anatomicorum Principem  
*Joannem Baptistam Morgagnum* con-  
sului , ac sub ejus oculis experimen-

F.

tum

tum hoc habui. Tria vasā in ādibūs illius die 24. Julii detuli : primum vas plenum Liquoris *Uvæ Ursinæ*, alterum *Aquæ Calcis Testaceorum*, tertium denique *Aquæ Calcis Ordinariæ*. Unumquodque vas duos Calculos continere debebat , humānum scilicet unum, bovinum alterum . Calculi hi omnes sibi similes respetu figuræ , qualitatis , ponderisque videbantur , idest humanis humani , bovinisque bovini . Coram ipso libabantur omnes , ac postea ponderum memoria , vasaque ipsa bene occlusa in quibus Calculi continebantur , in ejus Musæo collocata fure. Die 30. Mensis ejusdem , in-

comparabilis pariter assidente Viro, denuo ponderavimus Calculos: manus, qui impositus erat in *Uvæ Ursinæ* liquore gr. 6., bovinusque gr. 1. cum dimidio decreverant. Calculi alia in vasa immissi nihil sui ponderis amiserant, nec muco aliquo obtegebantur. Thermometrum primum 310. $\frac{1}{2}$ , alterum 32. $\frac{1}{2}$  gradostendebat. Res sic patrata Calculos denuo suis in vasis bene occlusis reposuimus, in eodemque loco collocavimus. Tempus, quo nunc scribo, scilicet die ultima Octobris, Calculi in cujusque *Calcis Aqua* integerrimi, nec muco aliquo obduti reperiuntur, in *Uvæ Ursinæ* Li-

quore vix amplius apparent. Vasa  
hæc tria de novo a magno Viro eo-  
dem detinentur in doco. Hæc ob-  
servatio , quæ potius incomparabilis  
*Morgagni* quam nostra dicenda est ,  
sat superque experimenta , quæ us-  
que adhuc habita sunt, comprobat,  
confirmatque . Verum antequam &  
hæc absolverem , operæ pretium du-  
xi , his alia experimenta addere ,  
quæ sequuntur .

## EXPERIMENTA

Varia in Hypocausto habita.

## SECTIO IX.

XL. **Q**Uamvis inutile crederem, experimenta cum Calculis fractis instituere, eo quia ut plurimum in Uropojeticis viis Calculi integerrimi reperiuntur, ac facilis certe sit Calculos fractos, quam integros dissolvere ratione stratorum, quibus componuntur, ut apertissime cum *Halesio*, *Boeravius*, aliquique quamplurimi docent, nihilominus animadvertisens, quod saepe laudatus *Whytt* sua instituerat experienta

F 3      cum

cum Calculis fractis, ego quoque,  
hac ratione, mea innovavi. Cel.  
*Hieronymus Vandelli* hac in Uni-  
versitate Chirurg. Profess., qua est  
humanitate, ex suo Musæo mihi  
Calculum humanum pón. ξ: 2. de-  
dit. Hunc Calculum plures in par-  
tes diffregi, easque omnes ad æqua-  
lem inter se magnitudinem similem-  
que figuram redegi. Hæc experi-  
menta, ne alicui Solis Calor locum  
dubitatis afferret, ( tametsi *Whytt*  
quoq. Sect. IIII. num. 13. & 18.  
ad Mensis Maji finem absque igne  
in *Aqua Calcis* frigida quedam ex-  
perimenta fecisset ) in hypocausto  
feci. Caloris gradus nunquam 110.

tran-

transcenderant, neque vero 100. minores unquam fuere. Sic constitutis rebus per quatuor dies pluribus cum testibus experimenta repetii.

I. Vas aderat clausum, ut supra toties adnotavi, cum *Aqua Calcis* *Aqua Testaceorum*.

II. Alterum cum *Aqua Calcis* *Aqua Testaceorum*, ac cum admixto difsolutoque sapone.

III. Cum *Aqua Calcis* ordinaria.

IV. Cum *Aqua Calcis*, & *Urina*.

V. Cum simplici Liquore: *Uvæ Ursinæ*.

VI. Cum liquore, & Aqua Fontis.

VII. Cum Liquore, & Urina.

VIII. Cum Liquore, & Pirorum succo.

IX. Cum Liquore, & Cassia.

X. Cum Liquore, Parietariæque Decoctione.

Calculi fragmenta, quæ his in vasis posueram, singula 16. pendebant grana. Præter fragmenta hæc integros in vasis Calculos posui, ut viderem, an æqualiter omnes dissolventur.

Quattuor inde diebus, ut nuper rime indicavi, absolutis, vasorum ab hypocausto abstuli, ac paulo post

Cal-

Calculos Calculorumque fragmenta ponderavi . Quod de vi Lithonthrypica Liquoris *Uvæ Ursinæ* dictum fuit toties , idem & hoc extremo in experimento evenerat , nec diminutionis gradus numero , ne aliquis jure optimo me idem agere dicat . Fragmentum Calculi , quod in *Aqua Calcis* Testaceorum erat , albo quodam muco obtegebatur : sive ponderis gr. i. minus erat . Sic Calculi immissi in *Aquam Calcis* cum sapone , & urina reperiebantur . Calculi fragmentum denique in *Aquam Calcis simplicem* immisum majori muco obtegebatur , ac granum unum cum dimidio de-

cre-

creverat. Integerrimi vero Calculi  
a quacumque dissolutione, absque  
aliquo muco, immaculati conspicie-  
bantur.

Hoc ex experimento vim aliquam  
in *Calcis Aqua* lithonthrypticam  
inesse appareat. Cum tamen solve-  
ret tantummodo fragmenta, nec ali-  
quid innovasset in Calculis, utrum  
hoc a Calculorum qualitate, an a  
debilitate menstrui solventis evene-  
rit, dijudicandum sapientibus relin-  
quo. Hinc interea adnotandum,  
inter Calculos, & Calculos multum  
interesse discrimen; cum alii ab ali-  
quo menstruo solvi possint, alii non  
item. Diversi prorsus nascuntur Cal-  
culi

DE AQUA CALC. CAP.III. 91.

culi a regione, ab aere vario, a portionibus præsertim, humoribusque variis, quorum solutio æqualis haud in omnibus erit. Hinc in experimentis habendi summa *Fabii Maximi* patientia opus est. Ex omnibus regionibus Calculos haberi oportet, ut regulam in Calculis dissolvendis generalem efficeremus. Meis in experimentis quinquaginta circiter humanos, centum bovinos Calculos adhibui, nec aliquem, qui ab *Uvæ Ursinæ* Liquore haud dissolveatur, inveni: Utinam & hoc omnibus in regionibus præstet.

Hic tamen haud reticendum, quod, tametsi *Calcis Aqua* illa polleret Litho-

thonthryptica vi, quæ ipsi tribuitur, nihilominus ea in præscribenda cautos esse oportet, nam quandoque pessimos parit effectus, ut præter experientiam his verbis admonet in Præfatione sui superius laudati Tra-  
ctatus *Langrisb.* Je sc̄ai bien que de grandes doses de lessive de savon, ou de chaux ordinaire, ou de celle d'escaille d'Huitres, prises par la bouche, ont causé des douleurs si violentes dans les voyes urinaires, que les malades ont été obligés d'en discontinuer l'usage.

Multæ hic de Calcis Aqua obser-  
vationes, summa cum felicitate ad-  
hibitæ, mihi objici possunt, præfer-  
tim-

timque Magni Viri *Haenii*, aliorumque auctoritates, ex quibus evidentissime constet, hanc Aquam plures absque damno, immo cum utilitate in usum tractam fuisse. Sed vicissim & nos possumus hic quam plurimas illorum producere historias, qui post usum perennem *Aquaæ Calcis*, aut iisdem cum symptomatibus, aut absque noxa calculum, teste Catheteræ, in vesica incorruptum gerunt. Verum pro omnibus, brevitatis gratia, hic nos adnotasse sufficiat, quod *Haenius* Part. V. cap. 5. §. 7. scripserat, scilicet *Aquam Calcis* Calculum solvere, sed multorum mensum spatio, modo *Aquaæ Calcis* adi-

tus detur ad Calculum, auferendo  
sæpius id quod in ejus circumferentia  
Pumicorum ab aqua redditum fue-  
rat; cæterum minime .... Verum in  
vesica humana, neque Calculus scal-  
pello abraditur, neque illibata virtus  
Aquæ Calcis ita vesicam ingreditur,  
ut in experimentis nostris. Non mi-  
num ergo hominem qui 1600. libras  
Aquæ Calcis spatio sex mensium bi-  
beret, jam post tertium illibatae va-  
titudinis annum adhuc Calculum in  
vesica gerere, ut exploratione Cathé-  
teris constat. Hinc merito concluden-  
dum, Aquam Calcis timendam esse  
ratione Symptomatum, quæ aliquan-  
do parit, sas postea eo quia non il-

la pollet virtute in Calculis dissol-  
vendis , quam ipsi Auctores sui tri-  
buunt . E contra *Uvæ Ursinæ* Li-  
quor in Calculorum dissolutione haud  
scalpello indiget , sed summa requie ,  
brevi temporis spatio Calculos , mut  
demonstravimus , solvit . *Uva Ursi*  
denique numquam nocuit , experien-  
tia docente , Auctorisque sui auto-  
ritate ; immo optimos producit effe-  
ctus in Uropojecticis morbis omni-  
bus , ac ejus usus ubique laudatur :  
indeque jure optimo omnibus reme-  
diis palmam præripit , ac *Stephe-  
niano* remedio , & *Aqua Calcis*  
longe anteponenda esse videtur . In  
Parisiensi Editione *Haenii Operum*  
par.

Part. 5. pag. 309. hæc adnotatio extat: *Uvæ Ursi usum quotidiani felicissimique successus comitantur testibus nonnullis Medicis Parisiensi bus.* Videamus & nos interim, an cum Medicis his observationes nostræ Patavii habitæ convenient.

OBSERVATIONES  
UVÆ URGINÆ  
CAPUT IV.

**M**Eas de *Uva Ursina* hic posse nere observationes vetat quæ sequitur Epistola nuperrime ad me missa Præcl. *Jacobi de Scovolo* hac in Patavina Universitate Practicæ Medicinæ P. P. P. Multa ipsi debeo, cum ex eloquentissimo ejus ore Artis Hippocraticæ fundamenta hauserim, ac ex ejusdem eruditissimis sermonibus, quos mecum sæpiissime habuit, didicerim multa, quæ mihi tenebricosa Medicinæ adyta ingre-

G dien-

dienti facem quodammodo præferunt,  
viamque commonstrant. Præeant igitur  
tanti Viri de *Uva Ursina* Obser-  
vationes, quibus meas deinde adjiciam,  
illarum veluti viribus ac præ-  
fido firmiores futuras.



MICHAELI GERARDI

*Philosopho, ac Medico  
Doctissimo*

J A C O B U S

D E

S C O V O L O

P. P. P.

S. P. D.

**T**ot tantisque publicis privatisque occupationibus distineor, ut difficile plerumque amicorum petitionibus possim satisfacere. Veritatem hanc tibi præceteris, Vir Clarissime, manifestissimam ubi animo

G 2

re-

reputaveris, spero te veniam mibi daturum, quod in hunc usque diem id ad te scribere distulerim, de quo multo ante scripturum pollicitus tibi sum. At cum Tu quoque medicinam honorificentissime exerceas, non ignoras s<sup>e</sup>pe a Medico tempus desiderari. Ea igitur de quibus pluries inter nos lacuti sumus circa vires Uvæ Ursi, nunc experientiæ testimonio possum confirmare. Fateor me eo alacrius uti cœpisse hoc remedio, quo pluris facio Viros præstantissimos Archiatrum Celeberrimum L. B. Gerardum Swiettenium, ♂ Medicinæ Præticæ Professorem Primarium magni nominis Antonium de Haen, quorum

ob-

UVÆ URGINÆ. CAP.IV. 101.

observationibus tuas, ac meas ita vi-  
deo respondere, ut nihil admodum  
dubitem Uvam Ursi utilissimum, &  
efficax remedium esse. Elapso Au-  
tumno cum levandi animi gratia Ru-  
ri essem, adii altissimos nostræ patriæ  
Montes, in quibus ut copiosam in-  
veni Uvam Ursi: ita facile didici  
hanc Plantam a solis imperitis cum  
Vite idæa confundi posse. Nam si al-  
tera ex nominatis Plantis cum alte-  
ra comparetur, manifestissima inter  
utramque differentia est, præsertim  
in foliorum figura, magnitudine, &  
etiam colore. Sed hæc Bottanicis di-  
scutienda relinquo. Quod pertinet ad  
salutares Uvæ Ursi effectus, et si

eam hactenus nonnullis ægris præscri-  
pserim, tamen de duobus, aut tribus  
tantum certas habeo observationes.  
Cæteri cum Patavio absint, nondum  
certo scire potui quia fortuna hujusmo-  
di remedio usi sint. Alter igitur ex  
dictis ægris dum tabe pulmonali affli-  
etabatur, correptus fuit urina cruenta  
quæ videbatur procedere ex vitio col-  
lum vesicæ occupante, quia dolores  
acerbi inter mingendum vexabant æ-  
grum, & in urina præter sanguinem  
valde lividum etiam materia purifor-  
mis copiosa apparebat. Huic ægro,  
qui lacte asinino, aliisque remediis  
adversus tabem utebatur, cœpi dare  
bis in die drachmam unam Uvæ Ursi

in pulverem redactæ cum cyatho aquæ nucerianæ; & post vigesimum diem levari cœpit a doloribus, sensimque urinam reddere ita claram, ut intra spatum quadraginta dierum omnino a vesicæ morbo sanatus sit, ac urinam plane naturalem; & sine ullo incommodo reddere perexit, donec a Pulmonum tabe confectus est. Alteram observationem feci in Fæmina Nobili, quæ torquebatur molestissimo mingendi pruritu, & cuius urina crassum mucum semper continebat. Adversus hoc malum, quod jam inveteraverat, Medici doctissimi adhibuerant ea fere omnia, quibus uti solemus ad diluendum, & abstergendum,

atque ad humorum acrimoniam obtundendam. At omnia incassum fuerant usurpata: ♂ morbus ita in dies augebatur, ut Medici suspicari cœpissent de vitiata vesicæ, immo etiam uteri structura, quia aliquid sanguinis ex utero prodibat extra tempus fluxus menstrui. Vocatus itaque in consilium proposui Uvam Ursi, quam cum probaverint reliqui Medici, statim in usum recepta est, ex eaque tantum levaminis Nobilis Ægra reportavit, ut post duos menses a mingendi pruritu, mucique excretione plane liberata sit. Nuperrime demum idem remedium dedi Viro septuagenario doloribus artritico-reumaticis laboranti, ♂ urinam

red-

reddenti, ut plurimum cum arena  
minutissima, & interdum cum par-  
vis calculis satis duris. Quinto, aut  
sesto die, ex quo sumere cœperat U-  
vam Ursi, plurimum aucta est excre-  
ctio Calculorum, qui quoniam inter  
exeundum dolorem auxerunt, ita æger  
remedium reformidavit, ut eodem uti  
pergere recusaverit. Paucis id scri-  
bere ad te volui, quod hactenus po-  
tui observare, quodque tuis confirma-  
tum observationibus poterit animum  
addere Medicis ad Uvam Ursi adhi-  
bendam, ut simplicissimi, ac tutissi-  
mi remedii vis, atque utilitas magis  
magisque confirmetur. Tu interea,  
Vir Ornatiſſime perge, ut facis, medicin-

nam

*nam strenue colere, ac pro tua huma-  
nitate me amare. Vale.*

Nunc meas exponam Observationes.

### OBSERVATIO I.

CEL. Abbas A.A. hac in antiquissi-  
ma Universitate eruditissimus  
Professor, temperamenti sanguineo-  
cholerici, robustioris corporis habitus,  
ætate 60. annorum circiter, cum ce-  
cis hæmorrhoidibus triginta ab hinc  
annis obnoxius esset, gravi pertina-  
ci ischuria correptus est. Nihil initio  
morbi venæ sectiones, nitrosa rela-  
xantia, epithemata, enemata profuere,

ut

ut ex consilio Præcl. *Hieronymi Vandelli* ejusdem Universitatis Chirurgiæ Professoris cathetere levandus fuerit. Duobus diebus, pariterque noctibus a gravi incursu morbi transactis *Stella Lithotomus Vicentinus* præstantissimus, tunc pro eo arcessitus, rem feliciter expedivit. At tametsi iis diebus aliquod levamen persentiret, pluries inde ex hæmorrhoidibus in gravissimas dysurias incidit. Urina cum ardore, & conatu, maxime interdum hypostatica, absque Calculi metu reddebatur, neque enim catheter, neque illum symptoma-ta alia indicarunt unquam. Cassia decoctio aliquid quandoque præsti-tit,

tit , plurima alia remedia prodef-  
se nequiverunt . Vitæ cæteroquin  
institutum suos fovebat cruciatus :  
*Qui vitam* ( inquit *Fridericus Hoff-*  
*mannus* in suis Opusculis medicis va-  
rii argumenti . *Dissert. de dieræ vitio*  
*multorum morborum causa* ) sedenta-  
riam agunt , ut Professores studiosi ....  
*ob fibrarum tonum relaxatum, circulum*  
*sanguinis tardiorem, transpirationis de-*  
*fectum, & seri impuri accumulatio-*  
*nem , ad hæmorrhoidum fluxum præ-*  
*parata habent corpora.* Et Boer. Pra-  
lect. in Instit. §. 112. *Litterati homi-*  
*nes frequenter experiuntur hunc mor-*  
*bum, scilicet hæmorrhoides, quod &*  
*Sapientissimus Hallerus in commen-*

tum

tum ad Præceptoris sententiam not.  
18. his verbis affirms. *Quibus cor-*  
*pus frequenter flexum exercitium cor-*  
*poris justo infrequentius ad stagna-*  
*tionem sanguinis summa dispositio.*  
Studia , quibus tam gloriose per-  
petim incubuit , incumbitque , ut  
ex editis ejus operibus apertissime  
constat , eum diu sedere coge-  
bant , sic ut validissime apprimen-  
do ad fæces rectum intestinum ,  
causam inde malis his omnibus  
pertinacissimam præbuerit . Sic er-  
go agens Vir Cl. nec cum mul-  
ta exercitatione materiam unquam  
digereret , ut convenire his in mor-  
bis admonet A. Corn. Cel. Lib.

6. Cap. 8. & post illum practici omnes, vitium ea in regione contraxit, & inde uropojeticas partes præcipueque vesicæ collum, ejusque sfincterem in consensu trahens, tot inde mala, ut haec tenus retulimus, perpeſſus est. His in ærumnis cum de perfecta salute desperaretur omnino; duobus abhinc elapsis annis modo laudatus *Vandelli Uvam Ursi* juxta methodum *Haenianam Par. 2.* *Rat. Med.* Cap. 12. proposuit, deditque. Eam sumere haud respuit, sed ex aliis edoctus remediis per triginta annos adhibitis, nihil amplius prodeſſe posſe arbitrabatur. Verum haud ita respondit. Postquam 50.

die-

diebus remedium continuaverat, hæmorrhoides, urinæ ardores, conatus, doloresve, sensim ita verbo hæc omnia imminuta sunt, ut pristina novat letudo, summa omnium voluptate, sibi restitui videretur. Urina æx hypostatica alba facta, palvus medio-criter laxa, vires in dies auctæ, integræ sanitatis spem augebant quotidie. At Uvæ Ursinæ defectu in veteres ærumnas recidit. Nunc pulvis renovatur a pluribus mensibus magno cum levamento, ut mihi sepe narravit, cum ipsi *Uvam Ursi* dedisset, & ita saltem se habet, ut hoc anno in Publico Lyceo Lectiones suas haud omiserit unquam, maxi-

112 . OBSERVATIONES

mo cum suorum Auditorum plausu,  
& utilitate.

*In* Ex dictis videant Practici celebriores, an *Uva Ursi* in hæmorrhoidibus pertinacissimis malo in nostris Regionibus haud infrequentि conveniat, nec ne.

OBSERVATIO II.

**P**ETRUS PETROBELLİ Vir Nobilis Probissimusque sanguinei temperamenti, ætate 45. annorum circiter ex Patre Lithiasi affecto ortus, Mense Aprilis anno 1763. gravi lumborum

do-

dolore laborare cæpit. Ad plures dies, hebdomadasve magis in dextero latere quam in lævo dolor profundus, tensivus, pressorius increvit, maximeque sole ad occasum vergente. Horripilationes, stupores femorum, urinæ vitia persensit numquam, maleolo tantummodo pedis dexteris phlogosim per octo circiter dies, parvo obambulationis incommodo patiebatur. Sic ad Junium usque sine remediis pervenit, si unam florum Cassiaz unciam excipias, quo tempore multis asparagis in mensa usus erat. Paucis inde intermissis diebus, urina, quæ antea semper pellucida, & secundum naturam, crassa repen-

H te,

te, interdum fabulo, quandoque mu-  
co viscido imbuta, doloribus magis  
magisque s̄avientibus conspiciebatur.  
Hac novitate perterritus, properus  
me convenit, rem aperit, & reine-  
dium exposcit. Re perpensa, Cassiae  
denuo flores, emulsiones facchara-  
tas, dilutiores præscripsi, ac inde  
Clariss. Nobilique Viro *Hieronymo Tre-*  
*visano* Sanitatis Patavinæ Proto-Me-  
dico, & Petrobelli Medico annuente,  
ut *Uvam Ursi* statim sumeret, sua-  
si. Paruit æger, nec emulsiones, quas  
modo indicavi, vespere unquam omi-  
sit. Quæ interim evenerunt, hæc  
sunt. Primum a primo pulveris haui-  
stu paululum recesserunt dolores, &

cre-

crebro mejendi incepit voluntas. Sabulosæ erant urinæ, & sensim sine sensu in melius abire videbatur. Tertia die a prandio, absque dolore, mihi tunc cruento, & vomitu irregularis figuræ fæseoli magnitudine Calculum albo-rubrum excretivit. Quarta autem cum tertiana febris, a qua jam antea vexabatur, rediisset, *Uvam Ursi* haud amplius sumpsit. Paucis interiectis diebus, fugata febre, cum nihil incommodi percepisset, paucis exceptis doloribus in lumborum regione, tametsi, ut *Uvam denuo* sumeret, rogarem, respuit omnia, & vitam usque adhuc sanissimam duxit.

Nollem hic aliquis me huic Plantæ addictum jactare miracula crederet. Haud novitatis amator sum extra veritatis limites. Scribo Patavii, & quæ his meis oculis vidi, colligo, & scribo, nec aliud intensius excepto, quam aliquem si possem hoc in sævissimo morbo juvare. Nec fortasse oggeret mihi quisquam nimium tribuere *Uvæ Ursinæ*, quasi oinnes plerumque a Lithiasi liberare autumarem. Absit, ut hoc cogitem unquam. Manet mihi alta mente repositum, æternumque manebit, quod incomparabilis *Morgagnius* in Epist. Anat-Medica XL. artic. 16. scripsit. Certe lapidis materia id quo

rubro flavo nigro, aliove colore inficiatur, tum in vesica admisceri potest. A qua etiam admixtorum varietate fieri credibile est aliam in aliis calculis facilitatem, aut difficultatem solutionis, spemque propterea iis praecidi qui remedium querunt, quo uno aequo omnes dissolvantur. Præterea maxime eodem in capite attendendum est, quod *Præceptor* admonet, se meminisse *Valsalvam* non semel querentem, confirmantem quæ se in Nobili *Virgine*, quæ per biennium renum doloribus vexata fuerat, remedia mutare in singulis paroxysmis esse coactum, cumque alias prompte liberaverant, frustra in usum

*revocarentur.* Quod ab *Haenio* pariter *Rat. Med. Par. V. cap. 5.* alibique confirmatur. Cum enim ex experimentis *Boerhavianis* *Haenianisque* notissimum sit, *lapideam mineram abunde in omni corpore prostare*, & cum corpora omnia varios inter se habeant humores, qualitates, vitia, quæ a se invicem multoque discrepant, & ex quibus seorsum omnibus Calculos oriri extra dubium sit, patet inde varia quoque, & diversa causarum genera Lithiasim procreare posse, quæ nullo modo omnia unius remedii auxilio sanare possimus.

Non me latet, & aliquando causis externis suam Calculos originem

de-

debere, neque experimenta *Nuchianæ*, & præ ceteris *Præceptoris* Historia Epist. Anat-Med. XLII. art. 20. Cujusdam Agrestis Puellæ, quæ cum immisset sibi acum in vesicam illam postea, adnato Calculo, extrahi vetitum fuit. At pluribus aliis omissis, quis non videt æque omnibus, æquali modo, æquali soleertia *Uvam Ursi* suum præstare effectum minime posse?

Matrona Mense Octobris anni transacti consilium petiit iam me, an *Uva Ursina* in gravi morbo Fratris sui, Dysuria maxime affecti a quampluribus annis, aliquid præstare possit. Imperfectam cum audirem historiam morbi, dubium consilium dedi. At

cum maxime flagitaret, ut Fratris amantissima, ad quem statim itura erat, an conveniret nec ne, an quid mali ex pulvere eveniret, praxi edocet, auctoritateque *Haenii* Par. III.

*Rat. Med.* cap. 4. respondi: *levamen posse hominibus insigne adferri, aut saltem nullum posse nocumentum inferri & hoc in casu adhiberi posse.* Quo percepto festinanter pulvrem secum tulit visura, an vitam Fratris exoptatissimam servare posset. At postquam discesserat brevi intermisso tempore, huc, quod sæva mors Equitem omni laude dignum e vivis sustulisset, nuncius tristissimus pervenit.

Qui

Qui Medicinam obtrectant, iis sufficeret unus ex his casibus, ut vires proprietatesque alicujus remedii penitus ad orcum deprimerent. Somniant ii, cum laudibus pro aliquo morbo proponi aliquod remedium intelligunt, seorsum omnia mala ejusdem generis nullo habitu respectu sanare debere; quod si non evenit, in Medicum, Medicinamque sarcastica voce invehuntur, ut si in Medici libitu, & vegetabilium potestate hominum vita penitus sita sit. Verum hominibus his, qui inepti tamquam Ranæ limofis in aquis garrula coaxant voce, facile omnia condonanda essent; at quod Medici quo-

quoque temporibus his rabido quodam certamine inter seipso inveniantur, hoc maxime dolendum est. Nam dum alicujus inventa injuriis, & calumniis contra veritatis, & naturæ præcepta irrident, condemnantque, artem, & seipso deprimunt, & conculcant. Verum illuc, unde discessimus, redeuntes, dum mala intra limites artis posita sunt, remediorum vires naturam adjuvant, & quandoque e mortis faucibus ægros eripiunt. Sed cum naturæ vires defecerint, eos amplius remedia curare nequeunt. Hic tamen dolendum, quod a quibusdam Medicis nihil morborum constitutiones, accidentia, in-

tem-

tempestivas methodos, aliaque ejusmodi attendentibus, optima interdum remedia abijci videamus, eo quia aliquo in casu, in quo fortasse natura viribus destituta esset, effectum laudatum minime ex his experti sint. Heu quam maxime hallucinationes ex præjudicata opinione quotidie nascuntur. *Uva Ursi* maximum remedium est, attamen merito ea legenda magni *Haenii* sunt, quæ mihi summo candore animi, uti & in suis semper Libris assolet, scripsérat. Doleo interim plus fidi *Uvæ Ursinæ* quam oporteat: constanter in video inutilem pluribus in casibus, & maxime ubi cadavera docent, partes multum

de-

*degenerasse, ut in Rat. Med. memini totius: determinato in casu duntaxat operatur miranda.*

## OBSERVATIO. III.

**V**IR honestissimis Parentibus ortus, triginta annorum circiter, temperamenti colericofanguinei, anno abhinc elapso magnum Virum *Morgagnium* adiit, ut pluries antea fecerat, pro adversa sua valetudine consulenda. Professor illustris, ac si quis est, probissimus, cum plurima remedia attendisset, quæ huic Viro Medici sæpius incassum præscri-

scripserant, atque illa quæ pariter ipse annis transactis commendaverat, respuens alia ejusdem generis præscribere, misit illum ad me, ut ex historia morbi sui, an *Uva Ursi* conveniret, viderem. Malum, ut æger mihi retulit, quo tunc magis quam cæteris vexabatur, hæmorrhoides cecæ erant, scilicet ex hæmorrhoidibus dysuriam, stranguriamque, quibus torquebatur, deducebat. Haud raro ex summo mejendi desiderio, cum ardore, & pruritu evenerat, ut cum urinam libere effundere non posset, strato dies, noctesque procubuerit, interdum ad mensem usque, donec ea in constitutione guttatum me-

mejendo aliquid ipsi persentire levamini videretur; Dolor præterea aderat in uretra, prope vesicæ collum constans, ex quo magis, dum urinam effunderet, torquebatur. Adebat denique & quædam luis veneræ latitantis prægressæ suspicio, cum jam antea haud semel ab ipsa affetus fuisset. His omnibus mature persensis, malum potius in uretra esse, ac in humorum dyscrasiam, quam ab hæmorrhoidibus pendere judicavi. Hanc in sententiam præter ea, quæ dicta sunt haec tenus, nos sequentia confirmabant. Parum enim ipse in egerendis fæcibus dolore percellebatur, qui certe si hæmorrhoides in-

ternæ mala , quæ superius retuli ,  
procreassent , in egestionis momento  
summis corriperetur doloribus ; quod  
raro aut nūquām eveniebat . De-  
inde malum hoc tantummodo in-  
gruit , postquam a virulenta Lue affi-  
ceretur , adeo ut inde apertissime  
constet , hæmorrhoides potius effe-  
ctum morbi , quam causam extitif-  
fe . Verum quin & hæc in conse-  
sum cum uretra adductæ aliquando  
egregium torquerent Virum , haud  
dubitavi , maximeque cum innume-  
ræ sint observationes , præter illam ,  
de qua nos egimus primo loco , ex  
quibus evidentissime ex hæmorrhoi-  
dibus dysuriam , stranguriam , iscu-  
riam-

riamque pendere constet. Hinc ergo ratione omni malum hoc a lue venerea , ac urinæ vitia ab ulcere in uretra hærente tantummodo ducentes , cum *antivenereis* sæpius ac cum hydrargyro curatus esset , ut denique *Uvam Ursi* fumeret , consilium dedi. Hoc in casu *Haenii* monitum secuti sumus , qui Part. III. *Rat. Med.* cap. IV. inquit , si *adefset* nonnulla luis venereæ suspicio , juvit hæc methodus , scilicet *Uva Ursi* , modo prudens *Mercurii* usus interpolaretur , quod nos , cum paulo antea adhibitus esset , haud perscripsimus . Sic habito consilio uncias tres ipsi pulveris dedi , ac quomodo

su

fumeret scilicet semidrachmam quotidie prescripsi . Paucis inde transactis diebus Patavio recessit : & ad Patriam suam se contulit . De hoc honestissimo Viro sollicitus , processu temporis saepius de ejusdem valitudine quæsivi , sed tunc pauca , æque ac incerta rescire potui . Verum diebus circiter quinquaginta transactis , cum ejus amicus , fide dignissimus , veniret ad me , ac pro ipso *Uvam Ursi* denuo exposceret , interrogatus , quid novi esset de ægroto nostro , eum aliquanto melius se habere respondit . Quod cum audissem , summa cum voluptate pulverem ipsi dedi , rogavique , ut impo-

sterum aliquid mihi de *Uvæ Ursinæ* effectu enunciaret. At incassum; nam, ut a Parentibus ejus humanissimis multo postea rescivi , cum, remedii pertæsus , ad pristinam vivendi licentiam rediisset, recidit brevi etiam in pristina morborum genera , quibus utrum in præsentia torqueatur , non satis mihi comprehendum est.



OBSERVATIO IV.

PETRUS TORESANI honestus Vir  
alienigena , sed nunc Patavii  
degens a quamplurimis annis, tem-  
peramenti melancholici, quadragena-  
rius, ex Patre arthritide affecto or-  
tus, annis abhinc quinque, strangu-  
ria laborare cœpit . Is antea , pau-  
cis exceptis arthriticis doloribus, con-  
stanter firma valetudine fruebatur .  
Primo stranguriæ incursu neglesto,  
integrum annum absque aliquo re-  
medio transegit . At huic malo su-

perveniente dysuria cum nephriticis doloribus, tunc medicum in auxilium vocavit. Urina, quod nunquam antea animadverterat, muco tantummodo viscido imbuta conspiciebatur. Paucis a Medico tunc praescriptis cum decoctione virgæ aureæ, quam unius anni spatio singulis diebus sumpsit, aliquo primis in mensibus cum levamine, biennium inconstanti valetudine transegit. Hinc symptomatibus pedetentim auctis, ac præter mucum aliquid arenæ urina exhibente, cum dysuria, & interdum ischuria, consilium denuo a Medico exponoscit. Hic cum hæc omnia audisset, de calculo vesicæ suspi-

suspicatus , petiit ab ægro , ut se  
examinandum , ope catheteris , præ-  
beret . Annuit ; verum cum pseudo-  
lithotomus operationem institueret ,  
ac cum cathetere ad eam uretræ re-  
gionem pervenisset , quæ sursum ad  
vesicam vergit , impetu magno fa-  
cto adversus uretram , eam lœsit , sic  
ut plurimas sanguinis guttas effun-  
deret ; ex quo summis percitus do-  
loribus æger continuo jussit , ut ca-  
theterem detraheret ; quo statim fa-  
cto , irritis postea quibuscumque con-  
siliis , haud amplius monitis Medi-  
corum obtemperavit . Hinc quoti-  
die in pejus ruens , ac antedictis æ-  
rumnis , cum transacta hyeme , præ-

ter pondus aliquod ad perineum ,  
ac spasticam ad anum irritationem  
cum urina pure , arena , cruoreque  
imbuta , febris etiam identidem su-  
pervenisset ; se perditum hominem  
quotidie esse proclamabat . Hoc in  
statu die 20. Martii anno 1764.  
me convenit , ac mala , quæ supe-  
rius retuli , exakte descriptis.

Calculo vesicæ urinariæ hunc vi-  
rum laborare , præter summi *Hip-*  
*pocratis* auctoritatem Sect. 4. Aphor.  
79. , aliorumque magni nominis Me-  
dicorum , præcipueque *Joannis Jun-*  
*ckeri* , qui in signis morborum tra-  
dendis , fere omnium accuratissimus  
est , symptomata satis aperte de-  
mon-

monstrabant, convincebantque. Nec mirum, nam cum ex Patre arthritide affecto oriretur, nihil inde facilius, quam quod & filius postea lithiasi esset obnoxius. Hanc in sententiam facile quisque adducetur, si ea, quæ *Haenius* in sententiæ confirmatione *Adami* Par. V. Cap. 5. §. 6. abunde profert, attente ponderabit.

Hinc tametsi jure optimo de valde labefactata ejus valetudine, atque de partium degeneratione timorem, & ipsi *Uvam Ursi* præscripsi, dedique. Sperandum minime erat, ut a lithotomo se adjuvari permetteret, cum vel a solo catheteris no-

mine maximopere abhorreret. Primi-  
mis diebus cum 3. i. *Uvæ Ursinæ*,  
quam mane sumpserat, opiata ves-  
pere miscui, ut dolores in mingen-  
do acerrimos, ac nephriticos, a qui-  
bus constanter vexabatur, tempera-  
rem. Ea, quæ illius cruciatus fo-  
vebant, prohibui, ac quæ conveni-  
rent, maxime flores *Cassiaz.* recen-  
tes, pro alvo adstricta præscripsi.  
His intellectis abiit, ac tantummo-  
do post mensem reversus est. Ni-  
hil, præter dolores, ex ejus æru-  
mnis immutatum fuit, atque om-  
nia eodem in statu erant. Dolores  
diminuebantur, sed hanc diminutio-  
nem, potius quam ab *Uva Ursina*,

ab

ab opio deducebam. Hoc tantummodo boni erat, quod malum in deterius minime abiverat. Hinc praeter 3. r. pulveris, quam manet hauriebat, decoctionem *Uvæ Ursinæ* prescripsi, ac vespere ut alteram Drachmam pulveris sumeret, jussi. Quantum intra quatuor menses ab hac methodo juvaretur, ferme incredibile est. Nunc equitat, vehitur rhe- da absque incommodo; quod facere his ultimis annis nunquam potuerat. Dolores, ad perineum ponderis sensus, dysuria, ischuria evanuerunt, ita ut modo perinde se habeat, ac si nunquam hoc malo antea correptus fuerit. Urina tantummodo mu-

co aliquo imbuta conspicitur; arena vero omnino deest; Pulverem semel in die nunc haurit. Summis precibus rogavi illum, ut catheterem, an calculum adhuc in vesica gereret, se explorari ab excellenti Lithotomio permitteret. Verum nimis malis memor, quod antea ab hac operatione expertus fuerat, non annuit.



## OBSERVATIO V.

MULIER sex & triginta annos nata, tenerimaque corporis constitutione prædita, pluribus sæpe obnoxia malis, tandem in gravem vesicæ morbum incidit. Non omnia hujus recensemus mala, quia nimis brevitatis excederent limites; majora hic tantummodo cursim attingimus, ex quibus percipere facile sit, pleraque alia, quæ omittuntur, tamquam effectus ex his evenisse. Puella adhuc, cum nondum o-

cta-

Et avum attigisset annum , conflu-  
tibus variolis correpta , nuda e le-  
to surgens , se aeri frigidissimo ex-  
posuit , sororem vocitans , quæ abie-  
rat . Hinc cum statim variolæ re-  
trocessissent , paulo post epilepsia af-  
flicta fuit . His cum sæpe repetitis  
insultibus , irrito quocumque reme-  
dio , ad duodecimum ætatis annum  
pervenit . Tunc , cum menstrua jam  
incepissent , ab epileptica affectione  
liberata , gravi corripitur pertinaci  
hemicrania . Quatuor , & amplius  
annos quotidie vespere acerbius ,  
per intervalla , hoc malum tulit .  
Menses interim ipsi defuerunt ætate  
sexdecim annorum , ac cum ab agyr-

ta quodam curaretur , ferme incre-  
dibile est quantum sanguinis ab ipsa  
detraheretur ; sic ut inde dyspnœa  
correpta cum pedum oedemate quo-  
tidie malum in pejus rueret . His  
successit febris continua ; sed cum  
Domi pro rerum inopia haud am-  
plius Medicum accersere potuisset ,  
Nosocomium petiit . Hic tantummo-  
do , curata febre , domum reversa  
est . At , ineunte Autumno , anno  
ætatis circiter vigesimo quinto , cum  
ab hemicrania nihil amplius torque-  
retur , in gravem pulmoniam inci-  
dit . Hinc denuo in Nosocomium  
reversa , post mensem a pectoris ma-  
lo libera evasit ; sed pedum oedema  
ni-

nihil immutabatur, neque menses amplius profluebant. Pulmoniam inde singulis annis experta, totidemque curata ad ætatis annum trigesimum pervenit. Tunc, sede mali mutata, pulmonia in intestinorum dolores gravissimos conversa est. His præcipue vexabatur noctis tempore, peculiariterque cum tempus mutationibus proximum esset. Muscus his in sedandis præ cæteris remediis magis profuit, atque opiata, quod præstiterant semel, postea non amplius præstabant. His variis agitata malis, denique jam trigesimo quinto ætatis anno ineunte summis repente in mingendo doloribus percita,

ta, pedetentim inde ab intestino-  
rum malo liberata fuit. Pubes, va-  
ginæ labra, interfæmineum phlogosí  
ab initio afficiebantur; verum, pau-  
cis diebus elapsis, dolor dum min-  
geret acerrimus mansit, externa e-  
venuit phlogosis. Urina hoc in pri-  
mo morbi incursu naturalis erat, at  
postea cum aliquibus sanguinis gut-  
tis, ac materia puriformi cum al-  
bo profluente fluore conspiciebatur.  
Hoc in rerum statu, quidquid adhi-  
bitum fuit, irritum cessit; atque  
muscus, qui aliis in doloribus pro-  
fuit, nihil hic præstítit. Tamen fæti-  
da ejiciebatur Urina cum nigro se-  
dimine, ut, dum matula retinere-  
tur,

tur, nemo posset ad cubiculum appropinquare. His in ærumnis, quod mirandum, febris minime aderat, ideoque Nosocomium adire ipsi pro ipsius loci veteri lege vetitum fuit. Tunc ab ægræ quadam propinqua rogatus, ut fæminam miserrimam inviserem, perlibenter annui. Obstupui, cum mulierem hanc primum viderem, nam ab emaciata, ac livida facie, atque oculis fixis mihi potius cadaver, quam vivens videbatur. Orbata somno, appetitu dejecto, siti urgente, doloribus conflictata, preces submissa voce (nam vocis sonum vix audiebam) Deo mittebat, ut e vivis ipsam tolleret.

Tunc

Tunc verbis, quibus potui, infelicem solatus, cum remediorum nullus esset locus, tantummodo curavi, ut haberet, unde optimatus si conficeret juscula, viresque, si fieri posset, amissas recuperaret. Hinc per intervalla cardiacis praescriptis, tantum obtinui, ut intra viginti dies sic ipse vires restituerentur, ut pro vesicæ malo, a quo recerte vexabatur, *Uvam Ursi* praescriberem. Pulveris semidrachmam, quam primum in juscule dedi, temporiis progressu, usque ad tres drachmas auxi summo cum patientis levamine. Quod in observatione tertia Sapien-  
tissimi de Scovolo accedit in secunda no-

stra adnotavimus, *Uva Ursi* mini-  
me hac in muliere præsttit; nam  
cum in iis diuretica fuisset, huic  
alvum ad plures dies valde laxa-  
vit. Urina post tres menses cum  
paucissimo emittebatur dolore, ac  
paulatim puriformi materia, odore-  
que caruit. Tunc e lecto surgens,  
victum inde manibus suis sibi acqui-  
sivit. Verum neque dyspnœa, neque  
pedum oedema, neque mensium de-  
fectus immutabantur. Pulverem quo-  
tidie sumpsit per quinque circiter men-  
ses, sed inde remedium pertæsa, cum  
nihil, aut parum a veficæ malo tor-  
queretur, abjecit illud, mihi paren-  
tibusque suis sæpe testata, se toto

vitæ

vitæ suæ tempore nunquam melius habuisse , quam modo se haberet . Sed , cum anno transacto , ruri essem autumni tempore , in urbem deinde reversus , maxima cum molestia intellexi , eam ineunte Novembris mense , Febre gravi correptam tribus in diebus e vivis migrasse .

Hæc observatio cum ex pluribus sit conjuncta malis , ad plurimas nos animadversiones adducit . Primum certe epilepsiam , ac hemicraniam a variolis ob aeris frigus retrocedentibus esse deducendas , non est cur dubitemus . Frigus certe cutis meatus ita coarctat , constipatque , ut nimis facile sit intelligere , materiam

variolosam, quæ circumferentiam tenebat, ad centrum inde deductam esse. Hinc in eas partes, in quas facilius determinatur, impetum faciens quamplurima mala, ac persæpe mortem producit. Huc monitum de sanguine agentis Hipp. Coac. 20. spectat: *Qui statim temporibus sanguinem profundunt, si loco non profuderint epileptici moriuntur.* Quod haud tantummodo de sanguine est intelligendum, verum etiam de pluribus aliis excretionibus, puta petechiis, miliaribus, variolis, exanthematibus omnibus, in quibus natura (ut verbis utar Lud. Dureti in Coac. Hipp. loc. cit.) *absoluta p-*

riodo collectionis ab oppressione excitata, & prioritata, colligit se ad exclusionem supervacanei per loca comoda; quod si ab aliquo eventu hæc naturæ libera excretio impediatur, refluxus, & palindrome, maximo ægrorum periculo accidit. Febrem, cœcitatem, & epilepsiam, ex scabie suppressa, productam testatur Senertus in Paralipom. pag. 176. Sebizius pariter ac Hagendorius cent. I. hist. ix. & M. N. C. déc. I. anno II. obser. 213. idem in Muliere docuerunt. Sæpe observatur, inquit præclaris. Swietenius in com. aphor. Boer. 1075. paroxysmum epilepticum in variolis, morbis exanthe-

maticis, in febre miliari, petechiis-  
que, antequam in cute appareant hæc  
exanthemata: quæ si subito retrocedant,  
novi insultus epileptici sequuntur, do-  
nec omnis materia morbosæ ad cutem  
deposita fuerit. Verum hic maxime  
præ omnibus est adnotandum, quod  
*Preceptor Epist. Anat-Medica XLIX.*  
art. 30. animadveíterat. Cum enim  
ipse advocaretur ad Principem Vi-  
rum, qui repente gravissimo instar  
apoplectici insultu correptus fuerat,  
quærens unde insultus ille ortus es-  
set, narravit ipsi Medicus Principis,  
*erysipelas non multis ante diebus in*  
*facie apparuisse. Verum aeris fortasse*  
*injuriis; erat enim Autumnus A.*

1729. æger autem magis de suis Episcopalibus muniis, quam de se sollicitus, nunquam decumbere voluerit, neque intracubiculum se continere; introrsum repulsum, de improviso evanuisse. Quæ observatio si cum nostra comparetur aliisque quam plurimis, constat evidentissime, aut ab aere, aut a quocumque errore nihil pejus in morbis inveniri quam a recto suo tramite naturam divergere, cum e contra illam suis in conatibus adjuvare, ut per loca conferentia ea ducat, quæ ducenda sunt, ut etiam Hipp. animadvertisit, optimum sit. Hinc cum ex aere, nostra in observatione, variolæ re-

tröcessissent, ac mala quæ superius re-  
 tulimus procreassent; admonet nos;  
 ne facile nimis in sententiam præcl.  
 Sydenham eamus, cum ipse uminime  
 approbet, quod Medici, variolarum  
 febre laborantes, antē quartam le-  
 etopadjicant. Quæres cum in An-  
 glia fortasse suum habeat locum,  
 hic, experientia stete, quam pluri-  
 mos occidere, si pueri, aut viri,  
 in quos ingruunt evariolosæ febres,  
 extra lectum detinerentur. Sed quan-  
 tum ab hoc Clar. Viro discedo, otan-  
 to magis cum ipso illos condemno,  
 qui ab initio febris præcedentis va-  
 riolas, ægros cardiacis, cùbiculis be-  
 ne occlusis, stragulisque coniustos fa-

nare student. Verum, ad nostram observationem redeundo, cum præter omnem dubitationem sit mala, quæ hanc mulierem affecerint, aliam haud causam agnoscisse, præter variolosum miasma in sanguine operans, hinc fortasse optima hoc in casu aliisque similibus variolarum. Insitio fuisset, ut denuo ad circumfrentiam causa mali revocaretur.

Sed, his omissis, magis attendenda sunt, quæ ipsi evenerunt postquam sibi menstrua defecerint, sive potius postquam illam nimiam sanguinis detractionem passa fuisset. Heu, quam multos hodie hac de sanguine præter modum detrahendo.

præ-

præjudicata opinio ægros de medio tollit. Anno 1760. fortuito in Virginem incidi annum decimum octavum agentem , gracilioris corporis habitus , ægram febri tertiana dupli- ci, cum capitis dolore . Huic initio morbi ter phlebotomiam quidam me- dicus instituerat incassum , ac cum paulo post tempus menstruorum ad- esset , nec effluxissent , denuo san- guis extractus fuit . Quod cum fe- cisset absque ullo patientis levami- ne , immo recrudesceret málum cum diffílici respiratione , denuo ad san- guinem configit , ac quo magis dysp- nœa augeretur , eo magis sanguinem detrahebat . Atque ita pergens , cum

ex reiterata sæpius phlebotomia, ut  
fluerent menses expectaret cum ma-  
li diminutione, effecit, ut mensis  
spatio plus quam trigesies sanguis  
detraheretur. Hinc pedum crurumque  
oedemate correpta, viribus destitu-  
ta, ercta ut respirare posset cervi-  
ce, jamque omnibus confectis, quæ  
in morituro Ecclesiæ Catholicæ cul-  
tore fieri solent, mortem præ foribus  
adstantem pertimescebat. Hoc in  
conclamato statu mæstissimi, qui ad-  
erant parentes, meum consilium po-  
scunt, mihiique denunciant, quod  
nuperime Medicus (haud amplius  
reversurus) jussérat, ut si denuo  
dyspnœa magis ingravesceret, ve-  
nam

## 156 · OBSERVATIONES

nam iterum tunderent. His intellec-  
tis, pauca respondi, scilicet actum  
de eorum filia iri, si alias phlebo-  
tomiam institui permitterent. Quod  
cum intellexissent, ac sancte servas-  
sent, altera die venerunt ad me  
exorantes, ut denuo ad ægram, quæ  
me requirebat, adirem. Adii, & ta-  
met si pluries a gravi dyspnœa cor-  
repta mox fuerit, nunquam tamen  
sanguis emissus est. Aucta enim ob-  
fæpius repetitam venæ sectionem ex  
male conversis in sanguinem alimen-  
tis crassioris seri copia, pulmones affi-  
ciebantur: itaque quo plus sanguini-  
nis detrahebatur, eo magis ægra morbo  
afflictabatur. Hinc cardiacis, anale-

pti-

pticisque recreata, solo lacte cum de-  
cocto hederæ terrestris, ac tussilagi-  
nis admixto intra duos menses pri-  
stinæ sanitati restituta fuit. Mulier  
hæc filia cuiusdam Militis est bene-  
merentis, qui hujus Urbis Portis a-  
periendis inservit.

Quidam fama tantummodo, &  
nomine Medici totam summo æ-  
grorum damno in morbis curan-  
dis spem in venæ sectione ponunt,  
ac cum in quibusdam cronicis  
quid sibi amplius faciendum sit,  
minime constet, tanquam ad sa-  
cram Anchoram confugientes san-  
guinem fundunt, quo nec opinan-  
tes illud, quod præcavere autum-  
bant,

bant, periculum advocant, majusque faciunt. Hi ex auctoritate *Friederici Hoffmanni*, ut discerent opor-  
teret in sanguine vitam, & corpo-  
ris nostri robur contineri, quo effuso  
omnis corporis, & animæ operatio  
cessat, in cuius circulationem natu-  
ram illam cui tantas merito adscri-  
bimus in curando, & conservando  
corporis vires adesse, qui in morbis  
præfertim febribus adauetas stases,  
& stagnationes humorum removet,  
spasmodicas stricturas partium aperit,  
humorum tenacitatem dissolvit, eo-  
rumque nimiam quantitatem motu  
imminuit, & per colatoria omnem  
superfluum excludit. Utinam his o-  
mni-

mnibus animadversis beneque per-  
pensis imposterum sanguini parce-  
rent. Profecto dyspnœa , pedum oe-  
dema , ac pleraque alia mala , quæ  
mulieri primæ advenerunt , post ni-  
miam sanguinis detractionem , ab ipsa  
duxerunt originem ; quod & in al-  
tera advenisse minime est dubitan-  
dum. Labefactata enim a fæpe re-  
petita venæ sectione natura , ac vi-  
ribus impar ad crism optimam pro-  
ducendam eo amplius humorum sta-  
gnationibus , & tenacitati ansam  
præbet , quæ fortasse ea quæ nocent  
ex corpore eliminasset . Proh error !  
mensium fluxus ad malorum dimi-  
nutionem expectant urgentque , dum

in-

interim sanguinem ipsis ferme totum exhäuserunt . Hinc Boer. in suis Prælect. Acad. §. 1233. magnus error est omnes morbos. puellares a defectu mensium venire : cum contrario ordine ideo deficiant menses, quia morbus adest : Tolle morbum, redibunt menstrua . Sed cum nimis simus a recta via divagati , nunc ordo postulat , ut denique ad ultimam observationem deveniamus.

## OBSERVATIO VI.

UVENIS, ex Fullonum arte, virginis  
ti quinque circiter annorum, tem-  
peramenti cachectici, postquam bien-  
io transacto, virulenta gonorrhœa la-  
boraverat, dysuria cum nephriticis do-  
ribus correptus est. Adversus hoc  
malum varia utiliter adhibuit reme-  
dia, verum cum pro fortunarum ino-  
lia fullonia urgere opera cogeretur,  
unquam firmam valetudinem acqui-  
vit. Urinam cum filamentis quibus-  
cum ac muco præditam reddebat. Hinc

L

per

per annum magis minusve vexatus, ac quandoque Bacco nimis addictus, voluptatibusque malum neglexit. Tunc sensim viribus mali eundo adauctis, cum acerrimis in mingendo doloribus, consilio cujusdam Chirurgi, conserva cassiz *Donzelli* ab initio aliquo cum levamine utebatur. Verum paulo post, malo vesicæ flatibus gravissimis, doloribusque in intestinis adjunctis illam omittere coactus fuit. Quam rem cum ego speciatim anno transacto in Matrona non minus generis nobilitate, quam virtutum splendore clarissima, quæ ex haemorrhoidibus in gravem ischuriām inciderat, animadvertissem, ea mihi in men-

tem, quod olim ex Cl. Ramazzino adnotaveram, revocavit: *Cassiam*, inquit, *laudant nonnulli in alvi adstrictione ad aliquot drachmas; at cassia non tam innocua est, ut illius usus non sit suspectus; flatuosa enim est & stomacho parum amica; idcirco Ballonius in renum & vesicæ affectibus, sive purgato, sive impurgato corpore, cassiæ usum omnino improbat, & virositatem quamdam in illa agnoscit.* Hanc pariter damnat Faloppius noster, Joannes Beverovicus in lib. de renum & vesicæ calculis, Ludovicus Nonnius in Epist. ad eundem Beverovicium, & complures alii. Hinc cum malum huic remedio minime cede-

r et, temporis progressu, præter mucum, etiam arenosa urina, ac interdum a nimio motu sanguinolenta conspiciebatur. Hac in constitutione Mense Aprilis anno 1764. febre tertiana corripitur. Per plures dies hanc pariter negligetam tulit, verum cum vires ipsum deficerent, lecto se addidxit. Tunc rogatus accessi ad eum die vigesima prima mensis antedicti. Febris cum horrore, & capitis gravitate prodibat. Urina cum parva arenæ quantitate, ac aliquo muco conspiciebatur, cæterum naturali colore prædicta. Dolores in mingendo, prope febris accessionem acerrimi erant, sicut ut interdum vomitum ex-

citarent: at reliquo diei noctisque tempore multo mitiores. Hinc primum alvo leviter laxata, ac deinde repetitis clysteribus apperitivis demulcentibus, operam dedi, ut febris imminueretur. Pulsus debilis, ac parum renitens, venam tundere vetebat. Verum cum his febris parum aut nihil cessisset, illam **China Chin.** profligavit. Sic a febre curatum, a nephritide, ac malo pariter vesicæ illum curare sategi. Quapropter *Uvam Ursi* die octava Mensis Maji sumere incæpit. Illi præscripseram pariter, ut ne nimis defatigaretur, nec amplius Cauponam adiret; nam nec Medici consilia, nec remedia dissolu-

te viventi prodesse possunt; optime enim Hipp. nec *solum se ipsum Medicum oportet præstare ut faciat ea quæ conveniunt, sed & ægrum, & assidentes, & exteriora.* Quæ cum adamussim primo in mense servasset, ex vesicæ malo multum levabatur. Dolores in mingendo vix aderant, nec si muci parum excipias, quidquam aliud præter naturam in urina erat. Sed regiminis impatiens cepit iterum cum sociis suis cauponas frequentare, & ad extremam usque ebrietatem sese vino ingurgitare. Hinc recruduit malum, quod cæteroquin intra quindecim circiter dies, in eundem statum se rededit

in

in quo erat antequam inebriaretur.  
*Uvam Ursi* tametsi gratis habeat, nihilominus, cum minus a malo torquetur, negligit; hinc nunquam perfecte sanus evadit. Die extrema Mensis Octobris, vocatus venit ad nos alacer, enuncians se vix aliquid in mingendo pati, & sane, cum statim in altero cubiculo minxisset, ferme nihil muci in urina conspiciebatur.

Hæc sunt, quæ his ultimis annis de *Uva Ursina* hic observare potui, quæ tametsi haud multa sint, attamen si cum observationibus, quas meis præposui, conjungantur, comprobant manifestissime, & nostris in

regionibus *Uvam Ursi* summum reū medium esse, ut recte admonet laudatus *Haenius* in lithiasi; æque autem in pluribus aliis Uropojecticis morbis, atque in hæmorrhoidibus, saltu cum urinæ excretionem difficultiorem reddunt. His tamen observationibus & alias adjungere possum; verum cum illi, quibus pulverem dedi pro malo vesicæ, absint; ac quæ ab iis per nuncios postea accepi, minus certa sint, ea potius consulto omitto, quam incerta Letoribus obtrudam.

Raro hic de lithiasi est conquerendum, ideoque haud multas de hoc malo observationes colligere possum.

Tab:I.


*Uva Ursi*






Tab: II.

Vaccinium  
sive Vitis Idæa.





sum. Quam rem inter alias, etiam  
antea animadvertisit accuratissimus Pre-  
ceptor in Epist. Anat-Medica XLII.  
Art. 17. his verbis. *Quod alias buc  
dissectiones non addam eorum quibus  
sine externa causa lapis in vesica con-  
creverit, haud tibi erit mirum, qui  
scias maximam a me vitæ partem in  
hac regione du&tam esse ei morbo  
quam rarissime obnoxia.* *Quod bic  
alii vinis, alii aquis, alii utrisque  
esse tribuendum censem; neque hæc  
verba tantummodo, sed cætera om-  
nia quæ de Calculorum productione  
eodem in Articulo eruditissime con-  
scribuntur, sunt attendenda.* Hinc  
rarissime evenit, quod nuperrime

Medico, ac Chirurgo præstantissimo *Antonio Gambarotto* Publico Professori accidit. Dum enim Cadaver cuiusdam hominis a lithiasi confecti perlustraret, in ejus vesica duos Calculos, unum unciarum trium cum dimidio, alterum unciarum pariter trium, ac drachmæ unius invenit. Quos Calculos tophaceos, albosque ac pariter ovali figura præditos esse apud ipsum vidi.

Verum ut finem brevi huic Opusculo imponamus, *Uva Ursi* nunc utor aliis in casibus, quos imposterrum (quidquid boni, aut mali præstiterit) observationibus hisce fortasse adjiciam. Faxint interim Cæli-

tes,

UVÆ URGINÆ. CAP.IV. 171

tes, ut pro humani generis bono,  
ubique simplicissimum hoc remedium  
absque invidorum livore accipiatur,  
ac ubique laudatos effectus præstet.



# TABULÆ PRIMÆ

## EXPLICATIO.

- A. Calyx cum stylo.
- B. Calyx cum corolla.
- C. Germen cum stylo.
- D. Bacca.
- E. Semina ut sua conspicuntur in  
fede.
- F. Semen seorsum pictum.



## TABULÆ SECUNDÆ

## EXPLICATIO.

- A. Calyx cum Stylo.
- B. Calyx cum Corolla.
- C. Fructus.
- D. Fructus per medium sectus , ut  
semina in sua naturali sede  
conspiciantur.
- E. Semina seorsum piæta.

F I N I S.

NOI

N O I  
RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

**A**vendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del P. *Francesco Antonio Mantoa* Inquisitor Generale del Santo Officio di Padova nel Libro intitolato *De Uva Ursina ejusque, & aquæ Calcis, vi Lithonthryptica novæ. animadversiones, experimenta observationes Michaelis Girardi Medici Physici MS.* non v' esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi concediamo Licenza a *Francesco Conzatti* Srampator di Padova che possi affere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Libtarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 5. Decembre 1764.

(ANGELO CONTARINI Proc. Riff.

(ALVISE VALLARESSO Riff.


(FRANCESCO MOROSINI 2. K. Proc. Riff.

Registr. in Libro a Car. 223. al Num. 1318.

*Davidde Marchesini Seg.*

ADONI







50 fcs

